



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Velvti Totidem Ramos
Distributa

Illsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditationes De Vita & Gestis Christi Secundo Anno Prædicationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)



MEDITATIONES

De Vita & Gestis Christi

Secundo Anno Prædicationis.

MEDITATIO CCXLII.

De Paralytico ad piscinam

Probaticam sanato. Joan. 5. à v. 1.

PUNCTUM I. *Post hæc erat Festus dies Judæorum (intellige secundum longè communiorem & veram sententiã diem Paschatis, qui per antonomasiam dies Festus Judæorum dicitur, & ad quem celebrandum Christus ex Galilæa in Judæam Jerosolymas ascendit, incipiens alterum Prædicationis annum, computando illum à primo Paschate præcedentis anni, & demptis prioribus aliquot hebdomadibus) Et ascendit JESVS Ierosolymam. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens: in his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua, & qui prior descendisset in piscinam post motum aquæ, sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate. Piscina hæc præfigurabat Sacramentum Baptismi, Pænitiæ, & ipsum etiam pretiosum Sanguinem Christi Do-*

E

mini,

mini, quo per quinque Sacrorum Vulnerum porticus
 diffuſo, omnes languores, & infirmitates noſtra
 ſanantur. Iſte verò Sacratiffimus Sanguis move
 tur ab Angelo, quotieſcunque ex ejuſdem Meriti
 piam Motionem in animo noſtro experimur; quo
 maximè fieri ſolet, quando ſecundùm tempus exerci
 tationum Spiritualium descendens Angelus Cuſto
 mentes noſtras commovet, & quaſi fluctibus proflu
 à Chriſto Sanguinis agit. Solùm eſt opus, ut
 magna alacritate eum nobis, & nos illi applicemus
 ac immergamus, cooperando internæ Motiõni. Si
 ne hac alacritate cooperationis nunquam ſanabi
 ris, ſed alij ejuſ ope ante te ſanabuntur, quacum
 que etiam graviore infirmitate detineantur. Pa
 niteat ergo te, toties motum ab Angelo Cuſto
 factum neglexiſſe. Pudeat te ab alijs, ſper Re
 gionis ingreſſum ſeriùs ad piſcinam hanc delatiſ
 alacritate, & reportatæ ſanitatis Beneficio præven
 ri. Pudeat ſemper inter languentes jacere, & non
 men Fontem Salutis ad manum habere, totieſq
 ab Angelo fruſtra moveri.

PUNCT. II. *Erat autem quidam homo ibi, triginta
 & octo annos habens in infirmitate ſua: hunc cum vidiſſet
 JESVS jacentem, & cognoviſſet, quia jam multum tem
 pus haberet, dicit ei: vis ſanus fieri? Reſpondit ei languida
 Domine, hominem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua,
 mittat me in piſcinam (erat enim paralyticus, & ſe
 ipſum non poterat movere) dum venio enim ego, alius me
 me deſcendit. Paralyſis deſignat teporem & languorem
 quo enervatur animus ad bene operandum, & progredi
 diendum in Virtute. Tu hoc morbo laboras, idcirco
 multo tempore, quo in Religione proximus piſcinam non*

versaris. An non tandem vis sanus fieri? An non merito de hac tua voluntate per interrogationem illam posses suspectus reddi, quòd nunquam serio volueris? Certè, homine non cares, habes enim Superiores, Patres Spirituales, habes innumeros Sanctos Patrones, habes ipsum Christum, qui te in Vulnerum suorum porticus paratus est recipere, & Sanguini suo immergere. Itaque fac, ut serio & constanter velis sanus fieri, atque à tua paralyfi, ac tepore & languore animi liberari.

PUNCT. III. *Dicit ei JESVS: surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo. Dicebant ergo Judai illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum (licuit autem non solum propter dispensationem Christi, sed propter manifestandam Gloriam DEI ex plena Sanitate reddita, & pro Christo tanquam misso Messia comprobando) Respondit eis: qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula. Si vis & tu sanari, & quidem à languore quantumvis vetusto, conatus tibi adhibendus est in surgendo, & tollendo grabato, scilicet in tollendis causis tuæ oscitantiae ac teporis, & in pravis habitibus extirpandis; & semper ambulandum, nunquam sistendum vel recumbendum est, usque dum ad terminum viæ hujus pervenias. Nec curandi hominum sermones, sed persequenda Voluntas ejus, qui te sanum fecit, quidquid dissentiant, vel contradicant homines. Nec dies ullus excipiendus, aut prætermittendus est, quò minus aliquem in eo progressum facias; semper enim non solum licet, sed etiam oportet bene facere.*

MEDITATIO CCXLIII.

De Judiciali Christi Potestate.

Joan. 5.

PUNCTUM I. *Amen, amen dico vobis, quia venit hora*
et nunc est, quando mortui audient Vocem Filij DEI
et qui audierint, vivent. Joan. 5. v. 25. Cum Judi-
 scandalizati essent, quòd Christus paralyticum Sa-
 bato sanasset, ostendit ipsis, se Filium DEI esse, & non
 tantum habere Potestatem sanandi ægros, sed etiam
 resuscitandi mortuos, & judicandi: & jam ultimum
 tempus Mundi advenisse, quo ipse instituturus est
 Judicium Universale, & alios vocaturus ad Vitam
 Æternam in Cælo beatè ducendam, & in alios
 turus sententiam Judicalem æternæ damnationis.
 Unde v. 28. inquit: *Nolite mirari hoc, quia venit hora*
in qua omnes, qui non in monumentis sunt, audient Vocem
Filij DEI: et procedent, qui bona fecerunt, in Resurrectionem
Vite: qui verò mala egerunt, in Resurrectionem
judicii. Considera, quàm ista *Mora*, & istud *Nunc*
 signans totum tempus intermedium, à primo Ch-
 risti Adventu usque ad ultimum, breve quidem
 comparatione seculuræ Æternitatis; & propter
 hujus comparatione omnia terrena bona & mala
 hili ducenda sint; adeò, ut illa non cupias, ista
 Gloria DEI, & tua Salute non horreas. At quòd
 longum hoc *Nunc* est illis, qui secundum corpora
 monumentis sunt, secundum Animas verò in
 mentis, & flammis purgatorijs? Porrò quia, qui
 audierint Vocem Filij DEI, vivent; fac ipse precibus
 suffi

fuffragijs tuis, ut Animæ illæ hodie audiant desideratiffimam illam Vocem vocantis: *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum.* Matth. 25.

v. 34.

PUNCT. II. Considera, omnes, qui in monumentis sunt, audituros Vocem Filij DEI, sed non eandem. Qui bona fecerunt, audient Vocem, de qua dicent: *Vox Dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Cant. 2. v. 8. *Vox Gaudij, & Vox Lætitiæ, & Vox Sponsi.* Jerem. 33. v. 11. Qui verò mala egerunt, dicent: *Vocem terroris audivimus: formido, & non est pax.* Jerem. 30. v. 5. Audient enim: *Discedite à me maledicti in Ignem Æternum.* Matth. 25. v. 41. Ne itaque audias aliquando Vocem DEI repellentis, audi nunc Vocem vocantis, præcipientis, prohibentis, consulentis &c.

PUNCT. III. Considera, unde Christo Potestas illa data sit: ipse enim hoc indicat: *Sicut enim Pater habet Vitam in semetipso; sic dedit & Filio habere Vitam in semetipso* (id est, per Generationem communicavit ipsi Naturam Divinam, quæ est à se, & eadem est in Patre & Filio, adeoque Filius est æqualis Patri, & idem DEVS) *& Potestatem dedit ei Judicium facere, quia Filius Hominis est.* v. 26. Quia itaque DEVS est & Homo, ideo habet Potestatem Judicis sensibilis, & exercendi Judicium sensibile. Hæc autem ratio pariat in nobis Timorem summum, & Spem summam. Timorem: quia, cum DEVS sit, est Judex Omniscius, Infinite Justus, & post latam sententiam inflexibilis, & nullo amplius tempore per totam Æternitatem mutabilis. Cum Homo sit, est aspectu terribilis. Ideo damnandi in Apoc. c. 6. v. 16. *Dicunt montibus &*

E 3

petris:

*petris: cadite super nos, & abscondite nos à Facie sedenti
super Thronum, & ab ira Agni: quoniam venit Dies ma
gnus iræ ipsorum.* Spem autem summam generet in
nobis; quia Judex est Infinitè Misericors, & Libera
lis; & propterea factus est Filius Hominis, ut homi
nes à peccatis redimeret, Patrem Cælestem nobis pla
cari &c. Itaque Spes impellat, ut sis inter eos, qui
bona fecerunt; Timor retrahat, ne sis inter eos, qui
mala egerunt.

MEDITATIO CCXLIV.

De Discipulis Christi Sabbato spicas vellentibus.

Matth. 12. v. 1. Marc. 2. v. 23. Luc. 6. v. 1.

PUNCTUM I. *In illo tempore (quo scilicet Christus
Jerolymis peracto Paschate, cedens etiam in
dignationi Judæorum, quam incurrit, quòd Pa
lyticum Sabbato sanasset, & semet Filium DEI palam
professus esset. Joan. 5. v. 16. & 18. in Galilæam re
versus est, comitantibus illum Discipulis, & quibus
dam etiam Pharisæis, simul redeuntibus) abiit
SUS per sata Sabbato; Discipuli autem ejus esurientes
perunt vellere spicas, & manducare.* Considera hæc ver
ba tum in sensu naturali, tum in morali. Ex natu
rali colligitur ingens Paupertas Christi, & Discipulo
rum ejus, cum panis & pecunia pro faciendo itinere
re illis defecerit: Tu verò liberali viatico commo
ditates tuas sectaris. Discipuli fuerant contenti so
lis granis, nondum in panem redactis, nullo sapore
aut condimento gustum oblectantibus, nec tamen

bi unquam aliquid defuisse conquesti sunt; sed cum à Christo in ultima Cæna interrogarentur: *Quando misi vos sine sacco, & pera, & calcamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil.* Luc. 22. v. 35. Ne ergo tu delicias quæras, ne contra cibos, vel contra præparationem eorum unquam conqueraris. Ex morali sensu prædictorum verborum ostenditur, quanta Christi Apostoli debeant teneri famæ procurandæ Salutis Animarum, non tantum, quando ad plenam Concionem dicendum est, & messis faciendâ; sed etiam, quando solum spicas aliquot vellendi occasio est, nempe auditione Confessionum, rudium Instructione, aut Conversatione privata ac familiaris &c. Tunc enim nullum Sabbatum, nullus amor otij aut quietis retinere nos debet à vellendis spicis Frumenti Electorum.

PUNCT. II. *Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce Discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbatis.* Matth. 12. v. 2. Imò etiam ipsi Discipulos increpârunt. *Quidam Pharisæi dicebant illis: Quid facitis: quod non licet in Sabbatis?* Luc. 6. v. 2. Noli imitari Pharisæos, sinistrè ac temerè de alijs judicando secundum apparentiam oculorum: quemadmodum enim hæc ipsos decepit; sic & tu facile decipieris, nisi supponas, Proximum habere legitimam causam, vel bonam Intentionem, vel bona fide sic agere, aut loqui. Neque imiteris illos, mox apud Superiores de actionibus subditorum conquerendo, vel pœnam aut reprehensionem exigendo, aut ipsos Superiores culpando, quando aliqua dissimulant; cum hujus dissimulationis sæpe justas, & tibi occultas causas habeant. Imitare verò Discipulos, qui increpationem,

& delationem Phariseorum patienter tulerunt, & sui excusationem Christo Magistro suo reliquerunt.

PUNCT. III. *At ille dixit eis: Non legistis, quid fecerit David (1. Reg. 21. v. 6.) quando esurivit, & qui cum eo erant: quomodo intravit Domum DEI, & panes Propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis Sacerdotibus? (ob necessitatis tempore casum excusabantur) aut non legistis in lege (Numer. 28. v. 9.) quia Sabbatis Sacerdotes in Templo Sabbatum violant (cedendo pecora in Sacrificium, quod sine vario labore fieri non poterat) & sine crimine sunt? (quod fit propter Cultum Divinum) Dico autem vobis; quod Templo major est hic. Inde fit, ut indigentia Discipulorum meorum, sequentium me, relictis suis omnibus, magis cedat ad Honorem DEI, magis excuset confricationem Spicarum, factam die Sabbati. Ecce Christus, ut ostendat, etiam levissimam transgressionem Legis non admittendam esse sine causa excusante, Discipulos suos non defendit per levitatem violationis, sed justam causam allegat, & ostendit, hanc a temerarijs iudicibus vel agnoscendam vel supponendam fuisse ex Virtute Charitatis, Misericordiae erga indigentes Discipulos; quae cum Charitate erga ipsum DEVM, propter quem Proximus diligendus est, procedat, ideo addit Christus: autem sciretis; quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis Innocentes. Dominus enim est Filius Hominis etiam Sabbati (unde ex plenitudine Domini potest ex justa causa iam allegata transgredere Legem Sabbati) Apud S. Marc. c. 2. v. 27. etiam dixit: Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter Sabbatum. Unde Sabbatum, cum*

du
ta
di
or
pe
je
Sa
ve
Fi
nu
ni

I
m
lic
ne
ri
se
d
a
m
te
sa
b
ft
b
dun

duntaxat sit medium homini ad Salutem, illum in-
tantum obligat, in quantum non impedit aliud me-
dium præstantius, quale est, sequi Christum relictis
omnibus, cum vera tum Spiritus, tum rerum Pau-
pertate: quam eligendo Apostoli laudabiliter se con-
jecerunt in necessitatem vellendi spicas. Quod de
Sabbato, idem de alijs medijs, & de creaturis uni-
versim dicendum est. Non ergo creaturam ullam
Finem tuum statuas; sed eatenus illis utaris, quate-
nus tibi serviunt ad ultimum Finem tuum. Illæ o-
nim sunt propter te, non tu propter illas.

MEDITATIO CCXLV.

De sanata manu arida.

Matth. 12. v. 10. Marc. 3. v. 1. Luc. 6. v. 6.

PUNCTUM I. *Et cum inde transisset (Jerofolymis in
Galilæam) venit in Synagogam eorum. Et ecce homo,
manum habens aridam; & interrogabant eum dicentes: si
licet Sabbatis curare? ut accusarent eum. Hanc quæstio-
nem reassumpsit Christus, & reposuit scribis ac Pha-
risæis: unde inquit S. Lucas v. 7. Observabant autem
scribæ & Pharisei, si in Sabbato curaret: ut invenirent, un-
de accusarent eum: ipse verò sciebat cogitationes eorum. Et
ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in
medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos JESVS: In-
terrogo vos, si licet Sabbatis benefacere, an malè? Animam
salvam facere, an perdere? (impediendo propter Sab-
batum restitutionem aridæ manûs, & Fidem in Chri-
stum evidenti Miraculo assertam, ut impedire vole-
bant Pharisei) Addit S. Marcus v. 5. At illi tacebant.*

Et circumspiciens eos cum ira, contristatus est super cecitate cordis eorum. Considera, quemadmodum Christus observatores suos habuit, & sinistros ac malevolos interpretes actionum licitarum, & laudabilium; sic eosdem nec tibi defore, nec fugiendos, aut iniquè ferendos esse, & propter eos nulla officia Charitatis erga Proximum relinquenda esse. Et quando illi præsentes malevolè tacent, absentes verò diffamant, falsò accusant &c, non contra ipsos ira, vel tristitia concipienda est; sed potius contra ipsorum propriam ruinam, & damnum, ac DEI offensam: sicut Christus non propter se, sed propter malevolorum cæcitate[m] ac DEI offensam iratus, & tristatus est.

PUNCT. II. *Ipsè autem ait illis: Quis erit ex vobis homo; qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc Sabbatis in foveam, nõnne tenebit, & levabit eam? quantò magis melior est homo ove? Itaque licet Sabbatis benefacere.* Tunc ait homini: *Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est Sanitati, sicut altera.* Matth. à v. 11. Ecce Christus, ne etiam per bonam actionem alijs esset scandalo, vel offendiculo, priùs clara ratione demonstrat, eam non solùm licitam esse; sed simul ostendit, quanta sit celeritate occurrendum, ac succurrendum Saluti propriæ vel alienæ. Si enim non improbavit celerem opem ovi in Sabbato latam, & si salutem corporalem noluit differre in alteram diem, quamvis suspicio violandi Sabbati, & hinc orta indignatio, ac odium Judæorum dilationem suassent: quantò minùs differenda est Salus & liberatio Animæ ab omni ægitudine? quæ vel maximè Sabbato procuranda est modo à Thoma Kempensi insinuato. l. 1. c. 19. n. 6. ubi ait: Circa Principalia Festa renovanda

da sunt bona exercitia, & Sanctorum suffragia ferventiùs imploranda. De Festo in Festum proponere debemus, quasi tunc de hoc sæculo migraturi, & ad æternum Festum perventuri. Ideoque sollicitè nos præparare debemus in devotis temporibus, & devotiùs conversari, atque omnem observantiam distriktiùs custodire, tanquam brevi Præmium laboris nostri à DEO recepturi. Atque iste conatus extensio manûs est, quâ ariditas sanatur.

PUNCT. III. *Exeuntes autem Pharisei consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum. JESVS autem sciens recessit inde.* Matth. v. 14. Sic & tu vincere cum possis, interdum cede sodali. Et saltem inconsulto concepta adversus te odia, ac ingratitude patienter sustine, cum Christus odia ex consilio & magna deliberatione adversus se concepta patienter sustinuerit.

MEDITATIO CCXLVI.

De Electione duodecim Apostolorum.

Luc. 6. v. 12. Matth. 10. à v. 1. Marc. 3. v. 13.

PUNCTUM I. *Factum est autem in illis diebus (quibus Iram Judæorum declinans ad mare Galilææ turbam docuit, & plurimos ægros, ac à Diabolo obsessos curavit) exiit in montem orare, & erat pernoctans in Oratione DEI.* Luc. 6. v. 12. Locus Orationis, nempe mons, significat ascensionem & Elevationem mentis supra omnia terrena, ita ut nihil horum distrahat, vel detineat. Tempus nocturnum denotat quietem animi ab omnibus functionibus & sollicitudinibus: hæc

hæc duo vel maximè observanda sunt orantibus. Finis hujus Orationis tam prolixæ ac devotæ colligitur ex sequentibus fuisse, ut bene succederet tam grave negotium, quale est, Electio Apostolorum; licet autem ex parte eligentis nec erroris, nec sinistra affectionis fuerit periculum; voluit tamen Christus nobis Exemplum dare, præmittendi Orationem ejusmodi actibus, & negotijs magni momenti: & simili indicare, quantâ ex parte eligendorum opus sit Gratiâ, Auxilijs, & Divinis influxibus ad aptè gerendum munus Apostolatûs, & ad satisfaciendum Vocationi Divinæ ad Vitam Apostolicam, & Vitam Religiosam, Apostolicæ similem: quàm proinde ipsi vocatis & electis necessaria sit devota & constantis Oratio ab ijs fundenda, quâ impetrent Gratiâ Vocationi suæ integrè satisfaciendi.

PUNCT. II. *Et cum dies factus esset, vocavit Discipulos suos, & elegit Duodecim ex ipsis, quos & Apostolus nominavit.* Luc. 6. v. 13. Horum nomina omnes tractati Evangelistæ referunt. Addit S. Marcus v. 17. Simoni inditum esse nomen Petrus, Jacobo & Joanni nomina Boanerges, quod est, Filij Tonitru: de Judæis autem omnes faciunt mentionem, quòd factus fuerit proditor, ac traditor Christi. Isti itaque sic descriptæ Electioni duodecim Apostolorum ex reliquo numero Discipulorum (quorum adhuc fuerunt Septuaginta duo, saltem succedente tempore) factæ plenarie die Divinæ Sapientiæ & Providentiæ, & cum nomine Apostolorum tribuenti illis singularem Potestatem, & Gratiâ prorsus singulares ac eximias, similis est Electio ad statum Religiosæ Perfectionis: cuius proinde speciale, sublimèque (montis celsitudine indicatum

dicatum) ac ingens Beneficium non tantum præ Septuaginta duobus, sed præ innumeris alijs tibi collatum, per comparisonem cum Vita Apostolica gratus agnosce, & summi æstima, simulque omnem curam & solitudinem adhibe, ne aut Vocatione Divina excidas, aut illi non satisfacias; quem timorem incutere poterit exemplum Judæ, ab Evangelistis tam unanimiter propositum.

PUNCT. III. Considera monita specialia, recens electis Apostolis à Christo tradita apud S. Matthæum hic c. 10. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris. v. 9. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. v. 10. Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. v. 16. Et eritis odio omnibus hominibus propter Nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. v. 22. Non est discipulus supra Magistrum, nec servus supra Dominum suum. v. 24. Qui non accipit Crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. v. 38. Qui invenit Animam suam, perdet illam, & qui perdiderit Animam suam propter me, inveniet eam. v. 39.*

MEDITATIO CCXLVII.

Christus predicat in Monte.

Luc. 6. v. 17. Matth. 5. v. 1.

PUNCTUM I. Postquam Christus in monte Galilææ, ab urbe Capharnaò versus occidentem tribus milliaribus Italicis distante, nec procul à mari, urbèque Bethsaida dissito, duodecim Apostolos elegerat:

De:

Descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba Discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritimâ (regione) & Tyri, & Sidonis, qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à Spiritibus immundiis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere; quia Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6. à v. 17.

Ex Christi pernoctatione in Oratione, & descensu de monte ad Populum, in loco campestri congregatum cognoscimus, prius conscendendum esse montem Contemplationis, & Elevationis mentis ad DEUM per Orationem, deinde ad functiones vitæ activæ, & ad curam Salutis alienæ descendendum esse: sic enim homines sanabimus à languoribus suis, si prius (ut Christus apud S. Lucam c. 24. v. 50. Discipulis dixit) induamur Virtute ex Alto; sic, si qua ante in nobis præexistat Virtus, de nobis exibat, & sanabat omnes, & quidem absque discrimine, ut æqualiter apud omnes valeamus, & omnes æqualiter apud nos valeant &c. neque potestas, neque voluntas omnes sanandi nobis desit.

PUNCT. II. Imitandum tibi etiam propone Populum, qui non solum venit ad Christum, ut audiret eum, sed etiam, ut sanaretur à languoribus suis: iste enim fructus ex auditu & accessu ad Christum per Orationem, Meditationem, lectionem Spiritualem, auditionem Verbi Divini, Sacram Communionem, & Sacramentorum usum &c. referendus est: ideo non solum omnes audiebant eum, sed etiam quærebat eum tangere: Sanitas enim Animæ non solo auditu obtinetur, sed necesse est, proximè ad Christum accedere, & manu, sive exercitatione operis ad eum pertingere.

pertingere. Sic Virtus de illo exhibit, & sanabit te à languoribus tuis, si eum attentè audias, sanitatem Animæ avidè intendas, & Imitatione operis, velut manu attingas.

PUNCT. II. Postquam Christus in loco campestri Populo se tangendum præbuerat, ut ægris sanitatem impertiretur, rursus ipse cum Discipulis eò saltem usque ascendit in montem, unde à populo conspicui & audiri commodè poterat: Matth. c. 5. v. 1. *Videns autem JESVS turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum Discipuli ejus, & aperiens os suum, docebat eos.* Addit S. Lucas c. 6. v. 20. *Et ipse elevatis oculis in Discipulos suos dicebat: Beati &c.* His verbis quatuor Actiones Christi memorantur. Ascensio in montem, Sessio, Apertio oris, Elevatio oculorum in Discipulos, sedenti adstantes. Prima denotat sublimitatem Virtutis Christi, quæ facit, ut verba docentis attentius, ac melius audiantur, & Exempla spectabilia fructuosius respiciantur. Itaque & tu docturus alios, ut melius audiaris, ac videaris, cum Christo ascende in montem Perfectionis. Secunda denotat Quietem animi maximè curandam, quam Cælestis Doctrina in docente supponit, & in audiente parit. Tertia designat Certitudinem Doctrinæ, utpote ore Filij DEI prolata. Quarta insinuat præcipui Auditoris Designationem, quòd nempe Discipuli Christi, & eorum Sectatores sibi, tanquam capacioribus, potissimum factas putent octo Beatitudinum promissiones; & proinde hi præ alijs hominibus sibi eas comparare contendant.

MEDITATIO CCXLVIII

Octo Beatitudines proponit.

Matth. 5.

PUNCTUM I. In hac prædicatione Christus totam Perfectionem hominis octo gradibus distinguit quorum quatuor ducunt ad perfectam Dilectionem DEI; alij quatuor ad perfectam Dilectionem Proximi; omnes Octo autem ad perfectam Beatitudinem hujus & alterius Vitæ. Ad perfectam Dilectionem DEI ducit. 1. Contemnere omnes creaturas, in quantum nullum ad DEVM ordinem habent, & ad eorum Possessionem obtinendam nobis minùs conducunt. Non gaudere nisi de eo, quod ducit ad DEVM; tristari de omni eo, quod abducit à DEO. 3. Vehementissimè desiderare Virtutem. 4. Et æqualiter versari omne peccatum. Itaque aperiens Christus os suum, dixit: *Beati Pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est Regnum Celorum. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt, & sitiunt Iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati Mundo Corde, quoniam ipsi DEVM videbunt.*

PUNCT. II. Ad perfectam Dilectionem Proximi ducit. 1. Mansuetudo, cohibens iram tum internam, tum externam adversus Proximum. 2. Misericordia dolens, impediens, & removens omnem malum, & miseriam Proximi. 3. Pax fugiens omnem dissensionem, contentionem, læsionem, aversionem, æmulationem, invidiam, & quidquid nos à Proximo, vel Proximum à nobis alienare potest. 4. G

nerosa, imò læta animi Fortitudo in ferendo quovis malo à proximo nobis illato. Hinc rursus Christus aperiens os suum, dixit: *Beati Mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati Misericordes, quoniam ipsi Misericordiam consequentur. Beati Pacifici, quoniam Filij DEI vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam, quoniam ipsorum est Regnum Cælorum. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cælis.*

PUNCT. III. Considera, octo his recensitis Beatitudinibus semper promitti eandem Beatitudinem, quâ Beati in cælo fruuntur, eò quòd sine hac nemo Beatus dici possit; illa enim est possessio Regni Cælorum & Terræ Beatæ (per Terram lacte, & melle manantem olim Judæis præfiguratæ) illa est Solatium lugentium, Satietas esurientium ac sitientium, Misericordiæ consecutio, Visio DEI, Portio hæreditaria, ad quam Filij DEI vocantur. Cum ergo extra hanc nulla alia vera Beatitudo sit, nulla alia querenda est. Ea verò rectè singulis enumeratis Virtutibus promissa est; quia nulla earum perfectè haberi potest sine perfecto DEI Amore, quo vel Deus amatur propter se, vel Proximus propter DEVM: in hoc enim omnes radicanter, & ex eo originem trahere debent. Incipit tamen jam in terra hæc Beatitudo possideri, scilicet per certitudinem Spei, & per quandam etiam imitationem ac participationem Gaudiorum & Solatiorum Spiritualium, & Quietis animi: quibus omnibus privant vitia opposita, ut consideranti patebit.

MEDITATIO CCXLIX.

*Calamitates Octo Beatitudinibus**Opposita.*

Matth. 5. Luc. 6.

PUNCTUM I. Considera, Christum quatuor Beatitudinibus, quas præcedenti Meditatione ad perfectionem Amoris Divini pertinere diximus, opposuisse totidem Calamitates. In eadem enim Concipiente, Matth. 5. & Luc. 6. relata, illis, qui non sunt Pauperes Spiritu, minatus est: *Veruntamen vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.* Luc. v. 24. Non Lulentibus dixit: *Vae vobis, qui ridetis nunc: quia lugentibus & flebitis.* Luc. v. 25. Non esurientibus Justitiam: *Vae vobis, quia saturati estis (explentes mala vestra desideria: vel vobis ipsis de justitia vestra complacentes, nec ulterius proficere cupientes) quia esurietis.* Luc. v. 25. Iisdem apud S. Matth. c. 5. v. 20. dixit: *Dico enim vobis, nisi abundaverit Justitia vestra plus, quam Scribarum, & Pharisaorum, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Non Mundis Corde: *Et tunc (in die Judicii Divini) confitebor illis: quia nunquam novi vos. Discedite a me, qui operamini iniquitatem.* Matth. 7. v. 23.

PUNCT. II. Considera quatuor Misérias oppositas illis quatuor Beatitudinibus, quæ amorem erga Proximum perficiunt. Non Iracundis dixit Christus: *ut non Pacificis: Dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quia autem dixerit fratri suo: Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, facus: reus erit gehemæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad Altar*

Et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens, offeres munus tuum. Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te adversarius Iudici: & Iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. Matth. 5. à v. 22. Non Misericordibus dixit: Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Matth. 6. v. 15. Et iisdem apud S. Lucam. c. 6. v. 38. Eadem mensurà, quàm mensi fueritis, remetietur vobis. Non Patientibus persecutionem & maledictionem hominum: *Va cum benedixerint vobis homines.* Luc. 6. v. 26.

PUNCT. III. Compara nunc Judicium Christi cum iudicio mundi, & considera, quàm verè Beati sint, quos Christus Beatos pronunciat: quàm Miseri verò ij, quos mundus beatos clamat. Quibus DEVS, ac Christus apud Isaiam c. 3. v. 12. errorem detegens, dixit: *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* At si Christi iudicio Fidem & assensum præbemus, cum Baruch. c. 4. v. 4. dicere possumus: *Beati sumus Israël, quia, quæ DEO placent, manifesta sunt nobis: Et cum Psalmista Ps. 93. v. 12. Beatus homo, quem tu erudièris, et de lege tua docueris eum.*

MEDITATIO CCL.

Christus hortatur ad bonum Exemplum Proximo exhibendum. Matth. 5.

PUNCTUM. I. Considera, quomodo Christus enarratis

ratis octo Beatitudinibus, specialem digressionem fecerit ad suos Discipulos, dicens: *Vos estis Sal terræ. quod si Sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet terra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Matth. 5. v. 13. Hac similitudine salis, ad cibos con- diendos, & carnem à putredine conservandam sum- mè necessarij, incitare voluit Christus Discipulos suos ad Perfectionem Evangelicam octo Beatitudi- nibus comprehensam, summo studio sectandam; quòd omnibus hominibus in terra degentibus à Chri- sto destinati sint in eum finem, ut suâ Doctrinâ, Exemplo, Virtutis ac Perfectionis Evangelicæ stu- dium alijs sapidum reddant, illòsque à putredine v- tiorum præservent. Unde cum propria Perfectione vis & efficacia salendi, Christus Discipulos ad eam adhortatus est. 1. Ex necessitate finis ipsis præfixi. 2. Ex periculo & damno proprio neglectæ Perfectionis, eò quòd ejus jactura non facillè reparetur ab ijs qui in suscepto studio Perfectionis evanuerunt: ideo tanquam servi inutiles per subtractionem Divinorum Auxiliorum à DEI Servitute, ac tandem etiam à Servorum DEI Societate repellantur, ac à omnibus proinde hominibus contemnantur, & vituperentur. Cum ergo finis hominis Religiosi (imò etiam certa quadam ratione cujusvis hominis Christiani, ob communis Charitatis Vinculum) propria, & Proximi Perfectio, ideo sibi applicet verba Christi, & ejus necessitatem ex prædictis ratio- bus agnoscat.

PUNCT. II. Ad eundem finem Christus mo- subjecit aliam similitudinem. v. 14. *Vos estis Lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita.*

que accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat Lux vestra coram hominibus, ut videant Opera vestra Bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in Cælis est. Iterum his verbis Religiosi impellimur ad illuminandos alios splendore boni Exempli. 1. quia in tam perfecto & sublimi statu Religiosæ Perfectionis acquirendæ veluti supra montem, aut supra candelabrum positi sumus, mundo Spectaculum facti. 2. Quia DEVS lumen suarum Illustrationum, & notitiarum, ac Gratiarum propterea in nobis accendit, ut simus lucerna ardens & lucens omnibus, qui in Domo Religionis, & totius Ecclesiæ sunt. 3. Ut procuretur Gloria Patris Cælestis inductione aliorum ad bonorum Operum imitationem.

PUNCT. III. Quia Perfectio Evangelica non potest obtineri sine observatione Præceptorum, nec ea alijs efficaciter persuaderi, ideo Christus tum Exemplo proprio, tum Præmij Cælestis magnitudine hortatur nos ad exactissimam omnium Legum tum communium, tum propriarum observantiam, dicens: *Nolite putare, quoniam veni solvere Legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat Cælum & Terra, Jota unum, aut unus Apex non præteribit à Lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de Mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno Cælorum: qui autem fecerit, & docuerit, Magnus vocabitur in Regno Cælorum. Matth. 5.*

à. V. 17.

MEDITATIO CCLI.

Ira pœnas intentat.

Matth. 5.

PUNCTUM I. *Nisi abundaverit Justitia vestra plura quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in Regnum Calorum. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca: reus est concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehenna ignis.* Matth. 5. v. 20. Considera Christum, ut in sermone suo de Evangelica Perfectione, veritatem horum suorum verborum ostenderet, cum dixit: *Nolite putare, quoniam veni solvere Legem, aut Prophetas: Non veni solvere, sed adimplere.* Matth. 5. v. 17. arguere Scribas & Phariseos, qui antiquam Legem Moyse de faciendo homicidio, & de pœna mortis illi per Judicem infligenda, ita ruditer interpretabantur, ut Justitiam sufficere putarent, modò ira in actum eternum homicidij non progrediretur; internos verò actus iræ, & verba injuriosa, quæ ad ipsum denique homicidium disponunt, parvi pendebant. Ostendit itaque Christus, iram, quæ est appetitus vindictæ, etiam si tantum sit interna, æquè Judicio Divino dignam esse, ac homicidium iudicio humano: Et sic apud homines gravius delictum est, quod ad plenum Concilium, sive ad Senatum Judicum advocatur; graviorem esse iram, & æquivalere delicto, quod ad Concilio dignum est, si in vocem *raca* erumpat, quod

vel solùm irati, ac per contemptum indignantis, nota est, vel etiam hominis miseri, abjecti, aut pauperis convitium significat: denique peccatum mortale esse, & gehennâ dignum, si *factus* contumeliam ex animo inferat, quo alium per gravem injuriam & contemptum pro tali habet, aut optat haberi, vindictæ studio. Ut itaque tua Justitia abundet plùs, quàm Scribarum & Pharisæorum, non tantùm ab omni injuria, & vindicta, re & verbo inferenda, sed etiam ab omni interno appetitu vindictæ tam mortali, quàm veniali abstinè; imò etiam ab omni interna animi indignatione, & incalescentia: quia, ut Christus in eodem sermone suprâ dixit: *Beati Moses, quoniam ipsi possidebunt Terram, scilicet Beatam.*

PUNCT. II. Perpende verba illa: *Qui irascitur Fratri suo*: continere speciale argumentum non irascendi. Quia nempe omnis homo pro fratre habendus est, cum DEVM ipsam pro communi Patre habeat: sicut ergo humani Parentes nolunt filios suos inter se irâ & odio dissidere, ita multò magis id prohibet DEVS. Attamen Pacifici Filij DEI vocabuntur, quos proinde Christus in hoc sermone Beatos dixit. Hoc fraternæ Conjunctionis vinculum arctius utique est, quàm vinculum condiscipuli, quo tamen ad Charitatem mutuam copulandam usus est Christus apud Joan. c. 13. v. 35. *In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si Dilectionem habueritis ad invicem.* Dilectio autem sive Charitas non irribatur. 1. Cor. 13. v. 5.

PUNCT. III. *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius*

prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus
 tuum. Matth. 5. v. 23. Ex prohibitione iræ & vindic
 tæ infert Christus, quòd, si per hanc frater tuus
 te læsus fuerit, illi sine mora sit satisfaciendum. N
 differas itaque, si opus erit, veniam ab illo petere
 vel alio modo illum placare. Hinc statim subiungit
 Christus v. 25. *Esto consentiens Adversario tuo cito, dum
 es in via cum eo: ne forte tradat te Adversarius Judici,
 Judex tradat te ministro: & in carcerem mittaris. Amen
 dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quod
 drantem.* Duas proinde rationes ad non differendam
 satisfactionem & reconciliationem cum offensa
 Proximo Christus proposuit; 1. Quia per culpabilem
 moram impeditur omnis alterius boni Operis valor
 & æstimabilitas, & præstat potius oblationem gra
 tuitam, quàm satisfactionem debitam differri. 2. Quia
 pro dilata satisfactione gravis pæna in carcere Inferni
 vel Purgatorij solvenda erit. Ad quem locum sic
 non est differenda satisfactio debita homini; ita mi
 nùs est differenda debita DEO. Itaque dum
 in via, dum scilicet ad Supremum Judicem pergitur
 per Pænitentiam & Satisfactionem expunge debita
 tua.

MEDITATIO CCLII.

*Hortatur ad Amorem DEI & Proxi
 mi. Matth. 5.*

PUNCTUM I. Cùm Perfectio Evangelica toto hoc
 sermone tradita, consistat in perfecto Amore D

& Proximi; Amor autem DEI in perfecta observantia Mandatorum, Amor Proximi in dilectione etiam inimicorum; ideo ad perfectam observantiam Mandatorum obtinendam hoc medium præscripsit Christus, ut quis tanto in illa studio feratur, quo malitij cuiuscunque sensus oblectamento, & quavis re etiam charissimâ carere, quàm quocunque peccato, & cuiuscunque Mandati transgressione se reum Gehennæ facere: & hoc est, Spirituali modo secundum legitimum, atque à Christo intentum sensum implere allegoriam istorum verborum eius: *Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te.* Matth. 5. v. 29. *Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Expedi enim tibi, ut pereat unam membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in Gehennam.* v. 30. Expendendus est bene hic modus loquendi; significat enim perfectam ac stabilem Custodiam sensuum, & quarumvis Potentiarum animi, ut neque levi periculo, neque levi abusui quis unquam consentiat, veluti si omnino potentiâ peccandi careret. Indicare etiam voluit Christus, si pro peccato mortali evitando deberemus malle perdere membrum charissimum; multò magis perdendum & omittendum esse actum membri peccantis; quem ipsum nemo poneret, si ex eo membrum sciretur inutile reddendum.

PUNCT. II. Ad perfectum Amorem Proximi, qui maximè dilectione inimicorum perficitur, Christus docuit requiri primò, ut quis paratus sit, ab illo etiam multò majora mala perpeti, quàm intulerit; antequam quis vicissim ei malum reddat etiam per judicem, odio & Spiritu vindictæ impulsus. Et hoc sensu dixit Christus: *Audistis, quia dictum est: oculum*

F §

pro

pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei, qui vult tecum iudicium contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo. à v. 38.

PUNCT. III. Secundò ad perfectam dilectionem inimicorum docuit Christus requiri, ut quis non tantum ex odio & vindictâ nullum malum reddat, sed pro malo bonum retribuatur. Hæc enim est Evangelica Perfectio, quâ Christus vult, ut sui Fideles superent imperfectionem antiquæ Legis, & defectus in ea toleratos etiam ab ejus Doctoribus. Ideo dixit: *Audistis, quia dictum est: Diliges Proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum* (Si enim Judæi, ut inquit Cornelius à Lapide in Matth. cap. 5. v. 43. perperam interpretabantur illum textum Levit. 19. v. 18. *Diliges amicum tuum, sicut te ipsum; inferentes: ergo inimicus non est diligendus*) *Ego autem dico vobis; Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis Filij Patris vestri, qui in Cælis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & injustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & Publicani hoc faciunt? & si salutaverint fratres vestros, tantum quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester Cælestis perfectus est. Hanc tibi in omnibus Perfectiōis tuæ Ideam, Mensuram, & Regulam tepiditatis tuæ oppositam statue.*



MEDITATIO CCLIII.

Rectam Intentionem commendat.

Matth. 6.

PUNCTUM I. *Attendite, ne Iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Cælis est. Cum ergo facis Eleemosynam, noli tubâ canere ante te, sicut Hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente Eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: ut sit Eleemosyna tua in abscondito; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cum oratis, non eritis, sicut Hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Matth. 6. v. 1. Cum autem jejunatis, nolite fieri, sicut Hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis; quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava; ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Matth. à v. 16. Cum Perfectio Evangelica non tantum consistat in evitandis peccatis, sed etiam in præstandis bonis Operibus, ideo hîc Christus tradit modum, quo præstanda sunt bona opera, & prædictis verbis docet, primam conditionem esse, ut nec alijs,*

nec

nec nobis ipsis per ea intendamus placere: sed ut
omnia Opera bona (quæ ad triplex prædictum genus
revocari possunt) si de se publica non sint, de quibus
suprà Matth. 5. v. 14. dictum est: *Sic luceat Lux vestra
ut videant Opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum
qui in Cælis est*: quantum in nobis est, coram alijs oc-
cultemus, imò etiam coram nobis, in ea nos per il-
lorum æstimationem & memoriam non reflectendo
ut nesciat sinistra manus, quid faciat dextera. Satis
enim nobis debet esse, quòd à DEO in abscondito vi-
deamur, ipsique placeamus, & quòd æternum & im-
mense Præmium ab illo recipiamus, alioquin epu-
jacturam passuri, inani apud homines gloriâ pro
dem acceptâ. Quia verò valde periculòsum est,
hujusmodi vanæ gloriæ intentione, per inadverten-
tiam subrepente, opera præstita Justitiæ honestatem
corrumpant, & nos Præmium Cæleste perdamus
ideo Christus dixit: *Attendite.*

PUNCT. II. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in
terra: ubi arugo & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt
& furantur: thesaurizate autem vobis thesauros in Cælo
ubi neque tinea, neque arugo demolitur, & ubi fures non
effodiunt, nec furantur.* Matth. 6. à v. 19. Confirmat
Christus nova ratione, quare terrenæ laudis, hono-
ris, & gloriæ thesauros per Opera bona congregari
nobis non debeamus: quia brevis, & æruginosa ho-
minum memoria, seu potius oblivio, & edax fluxus
temporis tinea illos demolitur, & fures detractorum
suis linguis furantur. Quæ incommoda cum procul
absint à Cælo, ideo ad Cælestes thesauros unice qua-
rendos, ac per bona Opera multiplicandos, & augen-
dos hortatur.

PUNCT. III

PUNCT. III. *Lucerna corporis tui, est oculus tuus.*
Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt; ipsae tenebrae quantae erunt? à v. 22. His verbis alteram Christus conditionem Boni operis indicat: nempe ut Intentio nostra sit simplicissima, unicè ad Divinum Beneplacitum ordinata: nisi autem talis sit, hoc ipso à Christo jam dicitur: *Oculus nequam.* Qui enim præter DEI Beneplacitum aliud quidpiam intendit, ignominiam facit DEO; quia nec DEVS ipsi sufficit, nec Præmium ab ipso conferendum; & ideo opus suum tenebrosum, id est, Honestatis luce destitutum reddit. Cùm ergo per opera mala DEVM quotidie offendas, & per Opera bona pro malis satisfacere debeas, attende, ne ipsa Opera bona sint mala. Quia verò hoc valde frequenter contingit, ideo etiam si multa Opera bona tibi videaris fecisse, te humilia, & time, cum Isaia c. 64. v. 6. dicens: *Facti sumus, ut immundus, omnes nos, & quasi pannus menstruata universa iustitia nostra.*

MEDITATIO CCLIV.

Modum Orandi exponit.

Matth. 6. v. 7. Luc. 11. v. 1.

PUNCTUM I. Postquam Christus docuit Discipulos & turbam præsentem in monte, quomodo Oratio & cetera bona Opera occultè, non autem ex intentione vanæ gloriæ apud homines sibi comparanda,

dæ, fieri debeant; tradidit illis etiam Modum & formam sequentem Orandi, quam, ut patet ex S. Luca cap. 11. v. 1. alio in loco & tempore repetivit: *Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici. Putant enim, quod in multi loquio suo exaudiantur.* (unde etiam parvæ estimatur longa Oratio vocalis, interna Devotione & Attentione destituta) *Nolite ergo assimilari eis. Scit enim Pater Vester, quid opus sit vobis, antequam petitis eum* (ideo non opus est multis verbis, sed magna fiducia, quam gerit filius erga Amantissimum Patrem conscium indigentia filij) *Sic ergo orabitis. Pater noster qui es in Cælis.* Matth. 6. Hoc Orationis exordium comprehendit paucis modum orandi. Debet enim Oratio fieri in statu Gratia, per quam adoptamur in Filios DEI, eumque Patrem nostrum merito appellamus, ut S. Paulus Rom. 8. v. 15. scribit: *Accepti Spiritum Adoptionis Filiorum, in quo clamamus Abba* (Pater) Debet etiam fieri prædicta, cum fiducia filij erga DEVM, ut Patrem titulo Creationis, Regenerationis, & Justificationis, sive Adoptionis. Debet quoque fieri attenta cum mentis Elevatione in Cælum; ideo licet DEVS per Immensitatem ubique sit, specialiter tamen in principio Orationis dicitur esse *in Cælis*. Propterea & Mens, & Conversatio nostra debet esse in Cælis, nec aliò debet mens evagari. Necessè insuper est, ut DEO & Proximo simus per Charitatem uniti, quæ Unio indicatur per vocem *Noster*. Unde ea, quæ per totam Orationem quis petit pro se, petit etiam pro Proximo suo, semper plurali numero loquens.

PUNCT. II. Præmissis exordio subjunguntur septem Petitiones, quarum priores quatuor continentur

Bona


Bona, quæ petimus nobis conferri; tres posteriores continent mala, quæ petimus nobis auferri. In ipsis autem Bonis petendis rursus ordo observandus est; sicut Christus apud citatum Matth. cap. 6. v. 33. dixit: *Quærite ergo primum Regnum DEI, & Justitiam ejus; & hæc omnia (nempe temporalia Bona) adjicientur Vobis.* Igitur hoc puncto considera, imprimis petenda esse ea bona, quæ primis tribus petitionibus proponuntur, nimirum purè Spiritualia, & terrenis ac Corporalibus bonis longè altiora, inter quæ primum locum sibi vendicat Honor & Gloria ipsius DEI; hinc Prima Petitione dicimus: *Sanctificetur Nomen tuum.* Id est, quidquid Perfectionum Divinarum hac Voce: *DEVS*: significatur, ab omnibus agnoscat, verbis & factis semper laudetur, & colatur, & sic pro infinitè Sancto, seu infinitè Perfecto, omni honore ac laude digno habeatur. Quod itaque prima hac petitione DEVM precaris, hoc opere exequere, & huc omnis tua Intentio ac studium feratur, ut tum à te ipso, tum ab alijs Nomen DEI dicto modo sanctificetur, tūque veluti Filius DEI Adoptivus cum Unigenito Filio ejus in fine vitæ dicere possis: *Ego te Clarificavi super terram: Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam: & nunc Clarifica me Tu Pater apud te ipsum.* Joan. 16. v. 4. *Manifestavi Nomen tuum hominibus.* v. 6. Sic mereberis etiam in Cælo cum omnibus Beatis una voce clamare: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEVS Sabaoth: plena est omnis Terra Gloriâ ejus.* Isa. 6. Propterea mox sequitur Secunda Petitio, qua ut in Cælo Patrem Nostrum, & Nomen ejus Paternum possimus perpetuò sanctificare, & ipsi infinitæ Sanctitatis laudem accinere, rogamus, ut veluti Filij in

Hære.

Hæreditatem Regni Cælorum admittamur, dicentes: *Adveniat Regnum tuum.* Quia autem hujus Regni hæreditas non datur, nisi Filijs Obedientibus Patri; hinc statim additur Tertia Petitio: *Fiat Voluntas tua sicut in Cælo, & in Terra.* Nempe ita Perfectè, & inconstanter. Cura, ut hoc non solis Verbis, sed ipsius opere etiam petas, ac impleas, & veluti Obedientissimus Filius DEI Unigenitus, dicere queas: *Ego, quæ placita sunt ei, facio semper.* Joan. 8. v. 29. Non tantum autem pete, ut à te, & ab omnibus hominibus fiat Voluntas DEI; sed etiam, ut à DEO fiat Voluntas ejus de rebus tuis omnibus; atque adeò tam in prosperis, quàm in adversis fiat Voluntas DEI.

PUNCT. III. Præter Bona Spiritualia & Cælestia etiam nobis necessaria sunt terrena, & corporalia Bona, pro ejus sustentatione, & incolumitate. Ita que subjungitur Quarta Petitio. *Panem Nostrum* (id est, est, Nobis convenientem) *Supersubstantialem* (id est, ut plerique Patres & Interpretes explicant, supersubstantialem) *Substantiam hominis, sive ad Substantiam & Naturam hominis ordinatum, & ad illius quotidianam necessitatem requisitum: ideo apud S. Lucam c. 11. v. 3. substituitur clarior, & ab Ecclesia usitata Vox Quotidianum.* Syrus textus legit *Panem indigentia nostra* Arabicus *panem sufficientem*) *da nobis hodie.* Matth. 6. v. 11. Circa hanc Petitionem considera, sicut homini constat Corpore & Animâ, ita ex communi doctrina SS. Patrum & Doctorum non solum Panem Corporis, nec solum Panem Animæ, sed utrumque per & Panis nomine comprehendi omnia bona necessaria. Animæ autem vel maximè est necessarius Panis Eucharisticus, vel sumptione perceptus, vel in Sacri-

cio Missæ DEO pro nobis quotidie oblatus, & Panis Verbi Divini, & internarum Illustrationum, aliorumque auxiliorum Gratia, & mediorum Salutis. Corpori verò est necessarius victus, vestitus, habitatio &c. quæ omnia Panis vocabulo includuntur; sicut quando quis dicitur, labore manuum *Panem* lucrari, id est, omnia necessaria. Hinc disce, nec in cibo & potu delicias, nec in vestitu splendorem, nec alia bona inutilia, vel noxia petenda esse; hæc enim salubris Panis ad quotidianam necessitatem restricto vocabulo minimè continentur. Præterea nimiam cupiditatem habendi, & immoderatam sollicitudinem in futurum reprimant geminæ illæ voces: *Quotidianum*: vel: *super substantialem*: &: *Hodie*: ideo inquit Christus cit. cap. 6. v. 31. *Nolite solliciti esse in crastinum*. Quibus tamen verbis non debitam providentiam, sed immodicam sollicitudinem prohibet: imò si Familiæ cura tibi incumbit, & si DEI quasi personam geris, ne negligas providere Subditis, neque avarè & parcè subministres illis Panem, quem quotidie à Patre suo Cælesti supplices petunt, & quem DEVS per te illis dare paratus est. Ob eandem causam, si potes, etiam erga Pauperes libenter & liberaliter coopereris DEO, illos enutrienti, & petitem Panem præbenti. Non enim pro te tantum, sed etiam pro alijs Panem petiisti, & accepisti.



G MEDI-

MEDITATIO CCLV.

Continuatio ejusdem Argumenti.

PUNCTUM I. Inter posteriores Petitiones, quibus mala amoveri rogamus, Prima est: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris* Matth. 6. v. 12. Ultima verba S. Lucas explicat prout sicut ponendo *Siquidem: cap. 11. v. 4.* Itaque petimus quotidie, nobis peccata nostra, quibus **D E V M** offerimus, remitti, & condonari, sicut nos, five *siquidem* & quia nos implemus conditionem illam, à Christo pro impetranda venia requisitam apud Matth. v. 12. *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum (quibus offerati si estis) dimittet & vobis Pater vester Cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Unde, ut Pater Cælestis annuat Petitioni nostræ, imprimis agnoscere debemus gravitatem & frequentiam quotidianam nostrorum peccatorum: nam, ut inquit S. Cyprianus de Oratione Dominica, *Ne quis sibi quasi innocens placeat, se extollendo plus pereat, instruitur, & docetur, peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis jubetur orare. Jubemur autem orare: Dimitte nobis debita nostra: Et non, sicut quidam apud Matth. c. 18. v. 29. oravit: Patienter habe in me, & omnia reddam tibi.* Gravitas enim & multitudo nostrorum peccatorum tanta est, ut infinitæ Majestati læsæ ad æqualitatem satisfacere non possimus. Ideo corde contrito & humiliato cum filio prodigo Luc. 15. v. 21. necesse habemus dicere: *Pater peccavi in Cælum, & coram te: jam non sum dignus vocari*

filius tuus. Et sic de Paterna Clementia confidere licebit: si tamen & ipsi dimittimus debitoribus nostris. Ideo non solum omnem rancorem, odium, appetitum vindictæ ex animo ponere oportet, sed etiam illud, quod ipse Christus Matth. 5. v. 44. monet, explere: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & caluminantibus vos: ut sitis Filij Patris vestri, qui in Cælis est: qui solem suum oriri facit super Bonos, & malos: & pluit super Justos, & injustos,*

PUNCT. II. Quia parum prodesset, commissa peccata tam quoad debitum culpæ, quam quoad debitum pænæ Paternâ Indulgentiâ dimitti, si nos in eadem, vel in alia relabi permetteret: ideo rursus Patrem rogamus: *Et ne nos inducas in tentationem.* Quamquam enim, ut S. Jacobus in Epistola cap. 1. v. 13. ait: *DEVS incentator malorum est, ipse autem neminem tentat:* Dicitur tamen inducere, quatenus dicitur facere id, quod permittit. Itaque non quidem petimus absolute, ut DEVS tentari nos non permittat, quia tentatio sæpe utilis est ad augmentum Virtutum, præsertim Humilitatis, & Patientiæ; unde inquit citatus S. Jacobus. v. 12. *Beatus vir, qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet Coronam Vitæ, quam repromisit DEVS diligentibus se.* Verum petimus, ut vel nos tentari non sinat, vel non permittat tentationi succumbere. Propterea semper cum virium nostrarum diffidentiâ, & Confidentiâ in DEVM morem geramus Christo hortanti Matth. c. 26. v. 41. *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem: Cujus mox subijcit rationem: Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma.* Sic autem tentationibus resistentes, forti ani-

100 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum,*
mo sumus; ipse enim DEVS apud Regium Psalmen Pl. 90
ait: *Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum,*
quoniam cognovit Nomen meum: Clamabit ad me, & Ego
exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum
& glorificabo eum.

PUNCT. III. *Sed libera nos à malo. Amen.* Matth
6. v. 14. Præcipuum malum, à quo liberi esse jam an
tè petivimus, quando, ne in tentationem induceremur,
mur, precati sumus, & à quo hîc iterum liberari peti
timus, est peccatum; est tamen hæc Petitio à prioribus
diversa, quia præterea DEVM rogamus, ut à quovis
alio malo nos liberet, quod verè nobis malum est; illud
autem verè malum est, quod à Salute & Perfectione
nostra nobis impedimento est. Unde non dicimus
Libera nos à morbis, egestate, persecutionibus &c.
quia hæc sæpe nobis bona sunt, & liberatio nobis ma
la esset: sed Patris Cælestis Providentiæ, & Charita
ti nos committentes ab omni eo malo liberari peti
mus, quod nobis malum esse ipse novit. Itaque nos
strum iudicium Divino submittamus; & nostram ve
luntatem Divinæ conformemus, & omnem Fidei
ciam ac Spem nostram in Patris nostri Cælestis Sa
pientia ac Bonitate constituamus. Conclusionis
hoc ipse Christus adjecit vocabulum: *Amen*: quo
nobis *Fiat*, quidquid tota Oratione petatum est,
nius Adverbij, & renovati desiderij compendio con
firmamus. Quemadmodum etiam Orationem me
talem brevi cum DEO, & Sanctis instituto Col
loquio, veluti Affectuum elicitorum Com
pendio, rectè concludimus.

MED

MEDITATIO CCLVI.

*Curam Mundi & Carnis vitandam
suadet. Matth. 6.*

PUNCTUM I. *Nemo potest duobus Dominis servire (præsertim si contraria jubeant, sicut DEVS, Mundus, & Caro) aut enim unum odio habebit, & alterum diligit; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis DEO servire, & Mammonæ. Matth. 6. v. 24. Considera, si terrenus Dominus non admittit consortium alterius Domini, sed plenum & perfectum Dominium in Servum suum præterdit, & ab eo plenum ac perfectum servitium exigit; quanto magis DEVS, qui & Supremus, & Unus est Dominus, cui si totis viribus serviëris, nunquam condignum Servitium præstabis? Si autem nemo hominum id potest; quanto minus Religiosus potest duobus Dominis servire, qui se totum DEI Servituti mancipavit, & à quo talia Servitia exiguntur DEO exhibenda, quæ directè sunt contraria Mundo, & Carni? Unde his tam parùm potes servire, si DEO servis, quàm parùm potest coli DEVS simul & idola. Quemadmodum ergo Samuel 1. Reg. 7. v. 3. ad universam Domum Israël dixit: Si toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri, Baalim, & Astaroth, & preparate corda vestra Domino, & servite ei soli. Sic si toto corde per ingressum Religionis conversus es ad Dominum, aufer Deos, & dominos alienos de medio cordis tui, Mundum & Carnem; & servito DEO soli.*

PUNCT. II. *Considera, non tantùm DEO soli,*

G 3

sed

sed totâ curâ ac studio serviendum esse, ita, ut præter hoc nihil aliud cures in mundo: *Ideo dico vobis, nolite solliciti sitis anime vestre, quid manducetis; neque corpori vestro, quid induamini. v. 25. Querite ergo primum Regnum DEI, & Iustitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. v. 33.* Quotò magis hac solâ curâ & solitudine Religiosus DEO serviat, cui de omnibus alijs rebus jam est provisum, & qui curas Familiæ & rerum omnium temporalium à se abiecit? De nulla ergo amplius re sollicitus sis, quàm ut DEO servias; ipse vicissim pro te sollicitus erit, quemadmodum S. Petrus Epist. 1. c. 5. v. 7. scribit, & monet: *Omnem sollicitudinem vestram præcipientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Multò minùs per curas à statu & munere tuo prorsus alienas, te à Servitio Divino impediri, aut distrahi sinas: *Nemo* (inquit S. Paul. 2. ad Timoth. 2. v. 4.) *militans DEO, implicat se negotijs secularibus: ut non placeat, cui se probavit.*

PUNCT. III. Considera, quòd extra curam Divini Servitij omnis alia cura sit inutilis, & solummodo animum affligat. Inutilitatem indicavit Christus, quando dixit: *Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?* Matth. 27. Ad fictionem insinuavit his verbis: *Nolite solliciti esse crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua.* v. 34. Ut ergo ab hujusmodi inutilibus, & molestis curis liber sis, juvat præter necessaria nihil de hoc mundo appetere, in necessarijs DEO confidere, qui pro infinita Sapientia & Bonitate sua infallibiliter providebit. Ideo rursus ait Christus

v. 31. *Nolite solliciti esse &c. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.*

MED

MEDITATIO CCLVII.

Judicium Temerarium vitandum.

Matth. 7.

PUNCTUM I. Sicut præcedente parte Sermonis à Christo dicta, spectant ad DEI Amorem in nobis perficiendum; ita, quæ hac parte Sermonis, & in hac Meditatione dicuntur, ad perfectionem Amoris erga Proximum pertinent. Dixit itaque Christus apud Matth. 7. à v. 4. *Nolite judicare, ut non judicemini: in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.* Quibus verbis prohibet judicium temerarium de Proximo, partim promissione, partim comminatione utens. Si enim Proximum temerariè non judicaverimus, dabit nobis DEVS specialia auxilia Gratix, ut nihil agamus, ob quod à severo DEI Judicio aliquando metuendum sit, vel ob quod etiam mereamur sinistra hominum de nobis judicia. Si autem temerariè judicaverimus, finet nos DEVS in similes, vel etiam graviores defectus incidere. Ideo S. Paulus ad Rom. 2. v. 1. scribit: *Inexcusabilis es, ô homo, quæ judicas; in quo enim judicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas.* Et apud Cassian. l. 5. instit. c. 30. fateatur Abbas Machetes, quòd, in quibus Proximum suum temerè judicârat, deinde in eadem ipse quoque inciderit. *Quibus (inquirebat ille) mihi manifestè compertum est, iisdem causis ac vitijs Monachum obligari, in quibus de alijs judicare præsumpsit.* Et licèt non iisdem specie obligaretur; obligat se tamen ipso peccato judicij temerarij, gravi, vel levi, prout est peccatum

catum Proximi, & prout Judicium est magis vel minus firmum, ac propter rationis levitatem magis vel minus temerarium. Præterea invadit talis temerarius iudex Divini Judicis potestatem, cuius solius est de arcanis & occultis judicare. Idcirco admonet Paulus 1. Cor. 4. v. 5. *Nolite ante tempus judicare, quousque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Et rectè etiam de tali Thomas Kempensis l. 1. c. 14. ait: *In peccando alios homo frustra laborat, sapius errat, & levius peccat.* Propterea S. Bernardus Serm. 40. in Cantu dicit: *Cave alienæ conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Etiam si perperam actum quod reprehendas, nec sic iudices Proximum; magis autem excusa intentionem, si opus non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.*

PUNCT. II. *Quid autem vides festucam in oculo Fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis Fratri tuo: sine, eijciam festucam de oculo tuo: & non trabes est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo Fratris tui.* Matth. 7. v. 3. Ecce efficacissimum remedium contra temerarium iudicium est, oculos & iudicium proprii intellectus à Proximo ad te ipsum, & ad proprios defectus considerandos convertere; & propriam emendationi, quam Proximi correctioni intendere: interea verò se quasi cæcum æstimare, ineptum ad iudicandum alios.

PUNCT. III. *Omnia, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim Lex & Prophetæ.* Matth. 7. v. 12. Ecce iterum novum remedium contra temerarium iudicium. Diligere necesse

pe Proximum, sicut seipsum. Quemadmodum ergo velles, ut alij de te laudabiliter judicarent, & omnia in bonam partem interpretarentur; ita tu facito Proximo tuo. Et universim statue tibi hanc Regulam diligendi Proximum tuum.

MEDITATIO CCLVIII.

Arcta ad Cælum via, & Porta angusta. Matth. 7.

PUNCTUM I. Videri poterat Christus suis Auditoribus, ob difficultatem agendi, vel vitandi ea, quæ ad æternam Beatitudinem & Salutem consequendam hæctenus docuerat agenda, vel vitanda, portam & viam ad æternam Beatitudinem, & ad Salutem, nimis angustam asseruisse, & Doctrina ejus non minùs veritati, quàm praxi & mori communiter recepto contraria esse: ut itaque hanc opinionem illos dedoceret, dixit: *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad Vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam!* Matth. 7. v. 13. Nempe angusta porta & arcta via est, restringere & coërcere liberam voluntatem per exactam observationem Præceptorum, per cohibitionem indomitarum passionum, per susceptionem, & portationem Crucis quotidianam. Econtrario lata porta, & spatiosa via ad perditionem est Leges liberè transgredi, laxare fræna passionibus & appetitui, voluptates & gaudia illicita sectari. Quia verò plerique per istam ad perditionem, pauci

per illam ad Vitam æternam tendunt; ideo hortatur huiusmodi
 Christus suos Auditores, & nos omnes, ut non multitudine
 tudinem ducem sequamur, ne à recta via, & à porta
 ta Cæli erremus: sed arctam viam, angustam portam
 & selectam paucorum Societatem, ac Exempla am-
 plectamur. Esto ergo de numero paucorum, ut sit
 de numero Electorum.

PUNCT. II. Quia nihil ferè magis homines à ve-
 ra via avertit, quàm dicta, & facta aliorum, quibus
 cum velut cum amicis, ac proinde velut cum innocen-
 vivimus, ideo ab his monet Christus maximè nobis
 esse attendendum, ne per illorum laxa dictamina, &
 vitæ licentiam, ac laxitatem ab arcta via abducamur.
Attendite vobis à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in ve-
stimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ve-
 stimenta ovium sunt privata amicitia, externa qua-
 dam Legum ac Regularum observatio, ipsa etiam ve-
 vestis Religiosa, tegens animum sæcularem. Lupi
 autem rapacitas prodit se per dicta & facta, Doctri-
 næ & Exemplo Christi minùs conformia, qui verus
 est Agnus, & qui proinde sequendus est, quocun-
 jêrit.

PUNCT. III. Ut verò clariùs agnoscas, à quorum
 imitatione tibi cavendum sit, advertite fructus, quos
 illorum conversatio, & modus vivendi progignit; ma-
 læ enim arboris fructus in horto Religioso sunt
 bertas murmurandi, sinistrè de alijs loquendi, de Dis-
 sciplina Religiosa conquerendi, dissensiones concen-
 tandi &c. Neglectus Regularum, contemptus Superi-
 orum, Obedientiæ & Charitatis fraternæ frequen-
 quens violatio, otij & commoditatum sectatio, fugi-
 onerum, laborum, humilium officiorum &c.

Ad
 huius-

hujusmodi fructus, & ad mala inde consequentia Religiosus respiciat, subsequens Christi monitum executurus: *A fructibus eorum cognosceris eos. Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit.* Matth. 7. v. 16.

MEDITATIO CCLIX.

De Sanato Leproso.

Matth. 8. v. 1. Marc. 1. v. 40. Luc. 5. v. 12.

PUNCTUM I. *Cum autem descendisset de monte (in quem de loco campestri ad prædicandum turbæ Christum ascendisse, dixerat Matthæus) Secuta sunt eum turba multa. Et ecce leprosus veniens (in aditu urbis, siue in suburbio Capharnai, cum secundum communem loquendi modum jam esset Capharnai: unde S. Lucas dixit: c. 5. v. 12. cum esset in una civitatum) adorabat eum, (Addit S. Marcus: genu flexo, & S. Lucas etiam adjicit: procidens in faciem rogavit eum) dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Matth. 8. v. 1. Disce ab hoc leproso, te coram Deo propter lepram tuorum peccatorum ac defectuum humiliare, & in faciem prosternere per humilem peccatorum tuorum agnitionem, & confessionem, ac detestationem. Et sic Cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Videbis autem per hanc humiliationem & cognitionem tuam, quod tuam personam referat ille, de quo S. Lucas dixit v. 12. Ecce vir plenus leprâ. Unde concipies ingentem displicentiam tuam, & desiderium Sanitatis.*

PUNCT. II. Considera, omnes tres citatos Evangelistas

gelistas eadem petitionis verba referre: *Domine, si vis, potes me mundare.* Quibus partim professus est suam de Christi Potentia, & Bonitate, quòd etiam non expressè rogatus, se sanaturus sit: partim Humilitatem, quâ indignum se censuit beneficio sanitatis ideo non ausus est dicere: Sana me; hanc ipsam mentem Humilitatem sciebat esse efficacissimam deprecationem: partim ostendit Resignationem propriæ voluntatis in Voluntatem Christi. Tali Fiducia, Humilitate petenda est à DEO mundities à peccatis sanitas autem corporis, & bona temporalia, de quibus nobis non aliunde constat, quòd eorum petentia sit conformis Divinæ Voluntati, petenda etiam cum ejusmodi Resignatione propriæ voluntatis. Deinde considera, quemadmodum tu de peccatis mundari petens, DEO dicis: *Domine, si vis, potes me mundare;* Sic DEVM vicissim tibi dicere: *Si vis, potes me mundari.* Sicut ergo de Christo S. Matthæus describit: *Et extendens JESVS manum, tetigit eum, dicens: Volo Mundare (sive: Esto Mundus) Et confestim mundata est lepra illius.* Ita & tu ad munditiam, id est, opera contraria peccatis tuis extendens manum, efficaci proposito dic: *Volo. Mundabor.* Et confestim mundata erit lepra tua; quod quia tu hæcenus non fecisti, licet Christus extenderit in Cruce ad te manum suam, & licet multis Auxilijs, Inspirationibus internis, Beneficijs, & Pænis Paternis tetigerit interiora cordis tui, ideo hominis quidem prædicti lepra corporis confestim mundata est; Animæ verò lepra tibi adhuc pertinaciter adhæret. Fac ergo ut DEO toties tibi inclamanti: *Volo Mundare:* tandem obedias, oblata Auxilia non respuas, eisdem non

fistas, & nunc saltem seriò statuens emendationem, dicas: *Volo Mundabor*. Considerent etiam Sacerdotes, quomodo ipsi debeant suis advolutos genibus pœnitentes à lepra peccatorum mundare: non sufficit enim per Intentionem absolvendi, & per actualem Absolutionem dicere: *Volo Mundare*. Sed debent etiam extendere, & porrigere ipsis manum, dando salubria Consilia, ac monita Salutis: atque sic tangere corda suorum pœnitentium.

PUNCT. III. *Et comminatus est ei: statimque eiecit illum* (Id est: prohibuit intrare urbem, ne Miraculum subito ab illo evulgaretur) *& dixit ei: vide, nemini dixeris* (unde colligitur, Miraculum hoc fuisse à Christo factum jam dimissâ turbâ; vel saltem turba non advertente, & tardiùs subsequente) *sed vade, ostende te Principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses in testimonium illis* (scilicet Levit. 14.) *At ille egressus* (nempe de suburbio, sive de aditu urbis) *cepit prædicare, & diffamare sermonem* (ipsum Miraculum, de quo deinceps sermo in populo futurus erat) *ita ut jam non posset manifestè introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset, & conveniebant ad eum undique.* Marc. i. v. 43. (etiamsi enim tunc Christus intraverit civitatem, ut patet ex S. Matth. c. 8. v. 5. ipso leproso nondum intromisso; postquam autem iste prædicavit, & diffamavit Sermonem, seu rem factam, jam ab eo tempore non poterat Christus pro more suo publicè egredi & ingredi civitatem: sed ad evitandum plausum hominum egressus urbe, habitavit ad tempus in desertis) Considera duplicem causam, cum adjecta comminatione (id est, valde seriò) prohibendi homini mundato ingressum in urbem, & evulga-

evulgationem Miraculi. 1. Ut sic Christus ipse præberet Exemplum, pro Beneficijs præstitis nulla mittendi hominum obsequia, gratitudinem, honorem, plausum &c. Et singulariter Confessarijs relinqueret Exemplum, nihil gratitudinis, vel remunerationis acceptandi pro emundatione à peccatis. Ut per imperatum silentium accepti Beneficij coram alijs hominibus, ejusque manifestationem coram Principe Sacerdotum (ad quem mundatus ille vel consuetudine recepta, vel ex speciali ratione à Christo mittebatur, quamvis aliàs vi Legis Levit. 13. v. suffecisset quilibet Sacerdos ex stirpe Aaronis) indicaretur, speciales Favores & Gratias à DEO acceptas coram alijs hominibus occultandas esse, Superioribus tamen, & Patribus Spiritualibus manifestandas. Per imperatam præscripti muneris Oblationem designantur Opera Satisfactoria pro peccatis remissa vel à Sacerdote injuncta, vel per se toto vitæ tempore debita.

MEDITATIO CCLX.

De sanato servo Centurionis.

Matth. 8. v. 5. Luc. 7. v. 1.

PUNCTUM I. *Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio (saltem per legatos ab illo per se missos, ut patebit ex verbis S. Lucæ sic expolitus à S. Augustino & Beda: quemadmodum S. Marcus c. 10. v. 35. dicit, filios Zebedæi accessisse ad Christum dicentes: Magister volumus &c. cùm tamen ex Matth. c. 20. v. 20. constet, non per se, sed per suam Matrem*

Matrem hæc dixisse : nisi cum S. Chrysoftomo , & Theophylacto dicere malis, tandem post binam legationem etiam ipsum Centurionem in propria persona venisse) rogans eum , & dicens : Domine , puer meus jacet in domo paralyticum , & malè torquetur Matth. 8. Addit S. Lucas : Qui erat illi pretiosus. Idem Evangelista testatur, Centurionem , cum esset Gentilis , misisse legatos Judæos ; ita enim scribit : Et cum audisset de JESU , misit ad eum Seniores Judæorum , rogans eum , ut veniret , & salvaret servum ejus. At illi cum venissent ad JESUM , rogabant eum sollicitè , dicentes ei : quia dignus est , ut hoc illi præstes. Diligit enim Gentem nostram , & Synagogam ipse edificavit nobis. Considera , quomodo homo Gentilis servum suum amaverit , & æstimaverit : erat enim ipsi pretiosus. Quanto magis deberet tibi esse pretiosa tua & Proximi tui Anima , à Christo in libertatem Filiorum Dei infinito Sanguinis sui pretio redempta ? Tantam ergo pro utriusque Salute curam habeto , quantam homo Ethnicus pro sanitate & vita servi. Adhibe etiam Patrocinia Sanctorum , qui suppleant tuam indignitatem. Præterea bonis Operibus SS. Patronorum intercessionem tibi concilia , & efficacem redde , ut illi tua quoque merita allegare possint apud DEVM : Quia dignus est , ut hoc illi præstes : diligit enim Gentem nostram &c.

PUNCT. II. JESUS autem ibat cum illis. Et cum jam non longè esset à domo , misit ad eum Centurio amicos , dicens (non per se , sed per amicos , unde ipse S. Lucas confirmat hinc modum loquendi S. Matthæi , quando iste dixerat , Centurionem accessisse ad Christum) Domine , noli vexari , non enim sum dignus , ut sub tectum meum intres , propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus ,

ut venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus tibu
 Luc. 7. v. 6. *Et reversi, qui missi fuerant, domum, inven* per
runt servum, qui languerat, sanum. Luc. 7. v. 10. *Qu* ab
dixit JESVS Centurioni (nempe amicis missis à Centu te,
rone, repræsentantibus ejus personam) Vade, & tes
cut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Matt
 8. v. 13. Expende hîc modum & fructum S. Com
 munionis Spiritualis: quando Fideles, dum interfu
 Sacrificio Missæ, vel quocunque tempore diei, in
 loco mittunt ad Christum Amicos suos, nempe Sac
 dotes, & Angelos, ipsi verò per Humilitatem ab
 nentes à Sacramentali Communione, & accessu
 Christum, per Fidem & Desiderium etiam à distan
 Salutem Animæ suæ consequuntur, dicente Christo
Sicut credidisti, fiat tibi. Ex iisdem verbis discite etiam
Sicut, id est, quanta Fide ac Fiduciâ in DEVM te dispo
 fueris ad obtinendam Animæ Sanitatem, tantum
 Auxilij & Gratix obtenturum. Ipsa tamen Sanitas
 Animæ non obtinetur solo verbo, dicto à Christo, sed
 per Obedientiam ægri impleto.

PUNCT. III. *Et sequentibus se dixit: Amen dico*
vobis, non inveni tantam Fidem in Israël. Dico autem
his, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, &
cumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in Regno Cæ
rum: Filij autem Regni ejicientur in tenebras exteriori
 Matth. 8. v. 10. Sicut hîc Christus Fidem homin
 Gentilis præfert Fidei populi Israëliti (non sing
 lorum in particulari; nam utique B. Virgo, & Aposto
 li perfectiorem Fidem habebant: sed simul spectati
 sic sæpe contingit, Religiosos, vel eos, qui habent
 majora media, & Auxilia Divina ad Virtutem, &
 Perfectionem, superari à Sæcularibus, vel ab habentibus
 tibi

tibus minora media, & Auxilia, & tandem Salute per negligentiam suam excidere. Cave itaque tibi ab hac comminatione; & aliorum profectu in Virtute, præsertim Sanctorum Exemplis (quorum Virtutes, veluti Centurionis Fides, publicò Christi & Ecclesiæ testimonio imitandæ proponuntur) te ipsum confunde, atque ad fervorem excita.

MEDITATIO CCLXI.

De Resuscitato Filio Viduæ.

LUC. 7. V. 11.

PUNCTUM I. *Et factum est: deinceps ibat in civitatem, qua vocatur Naim: & ibant cum eo Discipuli ejus, & turba copiosa. Cùm autem appropinquaret portæ civitatis: ecce defunctus efferebatur filius unicus Matris suæ: & hæc vidua erat: & turba civitatis multa cum illa.* Ecce filius, qui erat unicum gaudium, solatium, & spes viduæ matris, post obitum suum tam ex domo materna, quam ex tota civitate effertur. Sic post mortem ex mente, & memoriâ hominum tum charorum & notorum, tum totius hujus mundi efferemur. Nihili ergo faciendâ est laus & amicitia humana, & ita vivendum, ut hominum memoriâ & ope non indigeamus, & ut, quemadmodum corpus effertur extra civitatem, seu memoriâ, ac vitam socialem hominum in terra; ita Anima inferatur in Cælestem Civitatem, Conversationem, & Societatem Angelorum ac Cælitum. Unde Animæ etiam cura gerenda est, non corporis à vermibus devorandi.

PUNCT. II. *Quam cùm vidisset, misericordiâ motus*

H

super

super eam, dixit illi: *Noli flere.* Et accessit, & tetigit loculum. (*Hi autem, qui portabant, steterunt*) Et ait *Adolescens tibi dico: surge.* Et resedit, qui erat mortuus, & cepit loqui. Et dedit illum matri suæ. Ecce DEVS filij unicè dilecti morbum, mortem, imò actua- lem delationem ad sepulchrum summo cum matris luctu permisit, & tandem vivum, ac sanum reddidit. Sic Electis suis adversa permittit, nec statim succurrit; solatur tamen, & opitulatur tempore opportuno. Quantumcunque ergo res adversæ, vel quasi desperatæ eveniant, longanimi Fiducia auxilium & solatium à DEO expecta; & præsertim per Matrem tuam Beatissimam Virginem Christum Misericordiâ movendum spera, ut te à quavis miseria, & morte æterna eripiat. Ille te dabit Matri Suæ, & tuæ, si illius Commiserationem & Intercessionem filiali Observantiæ Amore, Fiduciâ, & Cultu tibi demeraris.

PUNCT. III. Considera, quòd, si mortuus Adolescens voci Christi, jubentis surgere, tam citò obedi- divit, longè magis voci Christi debeant obedire vi- vi, quidquid ille vel per se, vel per Superiores jusse- rit. Imò ut similiter obediamus, etiam nobis ipsi moriamur. Neque differamus hanc spontaneam mortem nostram: sic enim faciliùs ad Vitam æter- nam suscitabimur, & ad Vitam Cælestem in terra- agendam. Quod indicare voluit Christus, dum in prima suscitatione puellam duodennem, in hac alte- ra verò adolescentem ipsidem vertens, à morte velut ex- leni somno ad vitam reduxit, dicendo: *Puella, tibi dico: surge.* Marci 5. v. 41. *Adolescens, tibi dico: surge.* Verum quando Lazarum revocavit ad vitam, jam adultæ

adultæ ætatis, & quatrduanum in sepulchro, manibus pedibusque ligatum (qui est Symbolum hominis tardè conversi ad DEVM, & longa vitiorum consuetudine constricti) voce magna clamavit : *Lazare, veni foras!* Joan. II. V. 43.

MEDITATIO CCLXII.

De Legatione S. Joannis Baptista ad Christum.

Luc. 7. v. 19. Matth. II. v. 2.

PUNCTUM I. *Et nunciaverunt Joanni Discipuli ejus de omnibus his. Et convocavit duos de Discipulis suis Joannes, & misit ad JESUM dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Luc. 7. v. 18. Quemadmodum Christus sæpe interrogavit propter alios, quamvis omnia sciret; ita S. Joannes misit Discipulos suos, interrogatum, non propter se, sed propter ipsos Discipulos, & propter eos, qui audituri erant publicam interrogationem, quando teste Luca v. 20. coram frequente populo legati ad Christum dixerunt: *Joannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Volebat enim S. Joannes hac interrogatione de se ab hominibus conceptam Messiaë suspicionem in Christum refundere, tanquam manifestis Miraculis jam ab ipso contestatam, & in præsentia Discipulorum contestandam. Hic mos humilium est, (tibi proinde hic in Exemplum propositus) ut honorificas de se opiniones in alios derivent, utque omnes quærant occasiones se deprimendi, & alios supra se efferendi, ac magnos reddendi, in quibus

bus Christum intuentur: adeoque quasi Christum se
pra se ipsos extollunt, alibi testantem, sibi factum
æstimare, quidquid Proximo fecerimus.

PUNCT. II. *In ipsa autem hora multos curavit
langnoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis
donavit visum. Et respondens, dixit illis: Euntes, renun-
ciate Joanni, quæ audistis, & vidistis. Quia cæci vident,
claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui
resurgunt, pauperes evangelizantur (scilicet à me) & Be-
tus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Nolebat Chri-
stus directè respondere; sicut quando Judæis interro-
gantibus apud Joan. c. 8. v. 53. Quem te ipsum facit
dixit: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pa-
ter meus, qui glorificat me. Itaque nunciari jussit facta
quibus Pater Cælestis testatus est, Eum esse, qui ven-
turus est Redemptor per mortem Crucis, & Judex
vivorum, ac mortuorum. Sic noli te ipsum verbis
laudare, sed laudent te facta tua: & factis te ostendat
esse eum, qui es: es autem Religiosus, tendens ad
perfectionem omnium Virtutum.*

PUNCT. III. *Considera, quare Christus inter
Signa veri Messiae, & Filij DEI posuerit illam animi
sui demissionem, quâ non dedignabatur pauperibus
Evangelium prædicare, & cum illis tam familiariter
conversari, ut Beatum diceret, qui sua Humilitate
non offenderetur, & vilem de se opinionem non
conciperet. Nempe sicut recensita Miracula erant
testimonium Potentiæ Divinæ, sic animi Demissio
erat testimonium Sapientiæ Divinæ, in Christo tantum
quam Filio DEI residentis; eò quòd, cum sit propria
contraria Sapientiæ mundi, hoc ipso non possit non
esse Sapientia Cælestis, & à solo Filio DEI profecta.*

Hinc etiam pastoribus Luc. 2. v. 12. Signum recens
nati Servatoris, five Messiae hoc datum est: *Et hoc vo-
bis signum: Invenietis infantem, pannis involutum, &
positum in Praesepe.* Hanc & tu Sapientiam addisce.

MEDITATIO CCLXIII.

Christi de S. Joanne Baptista Elogium

Luc. 7. v. 24. Matth. 11. v. 7.

PUNCTUM. I. *Et cum discessissent nuntij Joannis, capit
de Joanne dicere ad turbas.* Luc. v. 24. Dum Chri-
stus post discessum Discipulorum Joannis de laude
ejusdem differuit, duo hodiernis hominum moribus
prorsus contraria Exemplo suo nos docuit: nempe
vitandum esse vitium adulationis; propterea exspe-
ctavit discessum eorum, qui auditas laudes ad S.
Joannem fuissent relaturi: & simul vitandum esse
vitium detractationis, quo de absente minus honori-
ficè loqui solemus, vel saltem laudes ejusdem eleva-
re, ac imminuere, existimantes, nostræ æstimatio-
ni decedere, quidquid alterius laudi accedit. Christus
verò absentem Joannem summis laudibus coram
universo populo affecit, nihil metuens, ne is sibi ab
alijs præferretur.

PUNCT. II. Considera, quid Christus in S.
Joanne specialiter laudaverit, dicens: *Quid existis
in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Hoc, ve-
lut responsione indignum, sola interrogatione fal-
sum testatur. An non autem tu talis? Arundo es,
Virtute vacua, vanâ gloriâ & inani tuâ existimatio-
ne tumens, quovis flatu verborum, quovis pro-
spero,

H 3

spero,

spero, vel sinistro eventu, quovis humano respectu flexilis in omnem partem? *Sed quid existis videre? Minem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in vestibus pretiosa sunt, & delicijs, in domibus Regum sunt.* Ergo ne talis sis in Domo Religiosa, qui vestium elegantiam, & corporis delicias secteris, & sic tantum Christo displiceas, quantum Joannes placuit. *quid existis videre? Prophetam? utique dico vobis, & plura quam Prophetam: Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis: Major inter nati mulierum Propheta: Joanne Baptista nemo est.* Luc. 1. 24. Ille Divina Inspiratione arcanissimum & summi- mum Mysterium Incarnationis DEI perfectissimum agnovit, & manifestissimè annunciavit, & tantum munus, velut Lucerna ardens & lucens, maxima cum Sanctitate, & Angelica corporis, ac animi Integritate sustinuit. Sic antiquorum Prophetarum Sapientiam Mysteriorum Christi Meditatione, & Sanctitatem ejusdem Christi ac Joannis Imitatione superari contende.

PUNCT. III. Considera prædictæ comparationis exceptionem: *Qui autem minor est in Regno DEI maior est illo.* Luc. v. 28. Qui enim in Regno DEI five in Ecclesia minor, & humilior est, sicut Christus per summam Humilitatem ex altissimo Dignitatis gradu infra omnes homines se demisit, ille tamen que major est illo. Tantò ergo ad S. Joannis Magnitudinem propiùs accedes, quantò studueris esse minor & humilior: sicut Christus eandem etiam locum gissimè superavit, quia infra omnes homines ab ipso non erubuit, ut testatur Isaias cap. 53. *Vidimus eum*

Et non erat aspectus, Et desideravimus eum: Despectum, Et Novissimum Virorum. Et Ps. 21. Ipse de se loquitur: Ego autem sum Vermis, Et non homo, opprobrium hominum, Et abjectio plebis.

MEDITATIO CCLXIV.

Continuatio eiusdem Elogij.

Matth. 11. à. v. 12. & Luc. 7.

PUNCTUM I. Christus confirmans, S. Joannem maximum Prophetam fuisse, probat id ex potentia sermonis, quo homines ad Pœnitentiam, & ad seriam vitæ emendationem prædicatione Regni Cælorum jam appropinquantis & proximè per Christum aperiendi, convertit. *A diebus autem Joannis Baptistæ (quibus prædicavit Baptismum Pœnitentiæ) usque nunc Regnum Cælorum vim patitur; Et violenti rapiunt illud. Matth. 11. v. 12. Sive ut aliàs Christus apud S. Lucam c. 16. v. 16. inquit: Lex Et Prophetæ usque ad Joannem; ex eo Regnum DEI evangelizatur, Et omnis in illud vim facit.* Considera, si ab initio statim, postquam cessaverunt prædicari Vaticinia Legis antiquæ, & Prophetarum de Christo ut primùm futuro, ad Prædicationem Joannis de Eodem ut jam præsentem, multi homines sibi ipsis vim intulerunt, ut per Pœnitentiam, & vitæ emendationem Regnum Cælorum ad se raperent, id est, magno suo conatu & victoriâ suarum pravarum cupiditatum sibi promererentur; quantam à te oporteat vim tibi inferri, & non remissè, nec languidè, nec indulgenter agi, ut Regnum Cælorum obtineas, postquam illud jam

referatum, & ipsius Christi Prædicatione, Exemplo, eumque sequentium multitudine ostensa, trita, ac complanata est? Sine violentia, Victoria sui, nec Virtutes, nec Regnum Cælorum Virtutibus debitum, obtinetur: ideo Christus apud Joannem in Apoc. c. 2. v. 7. inquit: *Vincens dabo edere de ligno Vitæ, quod est in Paradiso DEI* mei, rursum v. 11. *Qui vicerit, non laedetur à morte secunda* scilicet æternâ post temporalem. Et iterum v. 12. *Vincenti dabo Manna absconditum, & dabo illi Calceamentum candidum*: qui scilicet suffragetur ipsi, ad Regnum Cælorum illi adjudicandum.

PUNCT. II. Pergit Christus de S. Joanne dicere: *Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est* Matth. v. 14. Quemadmodum enim Elias præcedit secundum Christi Adventum; ita Joannes Baptista præcedit Primum; prout Angelus Patri ejus prædixerat. Luc. 1. v. 17. *Ipsæ præcedet ante illum in Spiritu, & Virtute Elie.* O quot Elias Spiritu ferventi Virtutibus illustres, tibi DEVS jam misit, quorum tamen Doctrinam & Virtutum Exempla non didicisti! Utinam non sis unus ex generatione illa de qua nec Joannem, nec Christum ipsum recipite, Servator noster mox similitudinem istam subiungit. Matth. v. 16. *Cui autem similem estimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus dicunt: Cecinimus vobis, & non saltem lamentavimus, & non planxistis.* Id est, Verbo Exemplo vos hortati sumus, & diximus: *Lætamini in Domino, & exultate Justi, & gloriamini omnes recti corde.* Pl. 31. v. 11. Et vicissim: *Accingite cilicij, plangite, & ululate; quia non est aversa ira furoris* Domini

Domini à vobis. Jerem. 4. v. 8. Sed nec placuit experiri exultationem animi in Domino, quâ fruuntur justi ac perfecti: nec dulcedinem, ac suavitatem, planctus, per Opera Mortificationis & Pænitentia.

PUNCT. III. Laudi S. Joannis addit Christus, & ostendit, etiam homines Sanctos non posse evitare sinistra de se judicia, ac sermones: *Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Daemonium habet. Venit Filius Hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Matth. v. 18. Non cures ergo & tu, si alij de te sinistrè sentiant, & loquantur, & rectè dicta, vel facta in malam partem interpretentur. Audi, quid S. Paulus de hominum judicijs dicat. 1. Cor. 4. v. 3. *Mihi autem pro minimo est, ut à vobis judicer, aut ab humano die.* Et ad Galat. 1. v. 10. *An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi Servus non essem.*

MEDITATIO CCLXV.

De Pænitentia Magdalena.

Luc. 7. v. 37.

PUNCTUM I. *Rogabat autem illum quidam Phariseus, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix (Aliqui existimant, hoc adhuc in civitate Naim, ubi Christus filium Viduæ resuscitavit, gestum esse: Aliqui verò censent, in civitate Magdalo id contigisse, ubi Magdalena ante suam Conversionem habitavit)*

ut audivit, quòd accubisset in domo Pharisæi, attulit
 bastrum unguenti. Considera, unguentum istud fu
 odoriferum, ex varijs aromatibus confectum, eo
 designari odorem boni Exempli, quod pæniten
 gdalena in domo aliena, & inde in tota Civitate
 diffudit; sicut antè fuit publica in civitate peccati
 & scandalum publicum. Imitare Magdalenam,
 que odorem boni Exempli, & bonæ famæ relinque
 quamcunque domum intraveris; quemadmodum
 lijs etiam sæpe scandalo fuisti: nec minùs domest
 odorem Virtutis affles, quia peccator non tantu
 in civitate, peccandi occasionibus obnoxia, sed
 ipsa domo Religiosa, & Perfectionis domicilio fuisti
 ut sic omnes currant in odorem Ungentorum tu
 rum; & tu dicere possis cum Divina Sapiencia: *Seci*
cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi;
myrrha electa dedi suavitatem odoris: & quasi storax,
galbanus, & ungula, & gutta, & quasi Libanus non
cisus vaporavi habitationem meam. Eccl. 24. v. 20. Et cu
S. Paulo 2. Cor. 2. v. 15. Christi bonus Odor sumus DE

PUNCT. II. *Et stans retro, secus Pedes ejus* &
 imitare Magdalenam, & semper cura retro stare,
 est, postponi, & ad pedes stare, sive, infimum
 cum tenere; unde in communitate Religiosa, quæ
 civile Corpus Christi, inter infima membra, sive
 pedes te colloca, omnes tibi præferendo, & potior
 partes alijs deferendo.

PUNCT. III. *Lacrymis capit rigare Pedes ejus,*
capillis capitis sui tergebat, & osculabatur Pedes ejus,
unguento ungebat. v. 38. Quatuor recensentur officia
 omnia tamen Christi Pedibus præstita. Libente
 itaque velis occupari humilibus officijs. Iisdem ver

bis sublimes Magdalena Virtutes indicantur: nempe lacrymabilis dolor de peccatis, quem ingenti Spe venia abstergebat, cum sciret Divinam Bonitatem etiam capillos capitis sui numeratos habere. Spe ista impellebatur ad oscula Charitatis figenda: à Charitate incitabatur, ut ungue. to, variarum Virtutum aromatibus condito, peccatorum suorum factorem dissiparet. Sed has omnes Virtutes ad Christi Pedes referebat, id est, Humilitate condiebat. Imitare ergo Virtutes Magdalena; sed comitetur eas Humilitas. Nam ut inquit S. Gregor. hom. 7. *Si qualibet bona Opera adsint, nulla sunt, nisi ex Humilitate condiantur. Qui enim sine Humilitate Virtutes congregat, quasi in vento pulverem portat.*

MEDITATIO CCLXVI.

Continuatio eiusdem Historiae.

Luc. 7.

PUNCTUM I. *Videns autem Phariseus, qui vocaverat eum, ait intra se dicens: Hic si esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Luc. 7. v. 39. Duo non imitanda vitia in hoc Phariseo his verbis nobis ostenduntur. Unum est, ut quamvis certas rationes nobis videamur habere, malum de altero iudicandi, iisdem tamen assensum non præstemus, quia etiam hæ fallere possunt, & hic fefellerunt, cum Magdalena jam non amplius esset peccatrix, sed serio conversa ac pœnitens, quamvis in civitate paulò antè notoria peccatrix fuerit. Alterum est, ut de nullius emendatione desperemus, quan-

quantumvis obstinati, neque contemnamus eum
aut nos illi præferamus; quia ille forsan nos actu
superavit, vel superabit in Sanctitate, sicut Magdalena
superavit illum Pharisæum.

PUNCT. II. *Et conversus ad mulierem, dixit* *Sim*
vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam
dibus meis non dedisti (sicut tamen solebant hospites
lavari, ne nudis pedibus olim incedentes, lectis
mensales sordidos redderent) *Hæc autem lacrymis*
vit Pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non
disti (quo in signum Amoris solebant hospites exci-
Hæc autem, ex quo intravit, non cessavit osculari
meos. Oleo Caput meum non unxisti (cùm tamen,
hospes esset charior, eò odoratoribus liquoribus
caput & manus solerent perfundi) *Hæc autem unxit*
to unxit Pedes meos. à v. 44. Ecce præclarum modum
nos humiliandi! Si videlicet non tantum confiden-
mus peccata, quæ nos ipsi fecimus, sed etiam bona
quæ omisimus, & facere potuissimus, ac debui-
mus, imò etiam quæ fecimus, multis imperfectio-
bus ac defectibus inquinata; sicut iste Pharisæus præ-
stitit hospitalitatem Christo, sed valde imperfectè
Deinde etiam, si consideremus in alijs, non ipsa mala
quæ fecerunt, sed bona, quibus nos superant, & quibus
ipsi caremus, quorum carentiâ tantò magis confun-
dimur, quantò illa ab imperfectioribus exhiben-
tur. Expende etiam, quoties tu Christum hospitem
excipias, nec tamen Pedes Devotionis lacrymis
militer laves; nec osculum libes Charitatis, bono-
rum Operum executione ferventis, nec Caput, nec
Pedes Virtutum odoribus perfundas: unde non sic
S. Magdalena dilexisti multum, etiamsi remissa sunt
tibi peccata multa.

PUNCT. III. Dixit autem ad illam : Remittuntur tibi peccata tua. Et caperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? à v. 48. Prius temerè & malè judicantem Pharisæum furiviter correxit Christus, parabolæ amænitate leniens reprehensionem, ut patienter fuerit audita & accepta: nunc autem rursus temerè judicantes, potestatem dimittendi peccata præsumptuosè usurpatam fuisse, non corrigit; ut ex defensione Magdalenæ disceremus, alios potius, quàm nos ipsos contra finitimas opiniones, ac sermones defendere.

MEDITATIO CCLXVII.

De Dæmoniaco, cæco, & muto
liberato.

Matth. 12. à v. 22. Luc. 11. à v. 14.

PUNCTUM I. Quando Christus Capharnaum reversus est, Oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus) Lucas quidem de cæcitate nullam mentionem facit) Et curavit eum, ita ut loqueretur, & videret. Matth. 12. v. 22. Duarum illarum virtutum activarum, quas exerere Diabolus inhibuit ac impedivit, usu privati dici possunt illi, qui circa res ad Animæ suæ Salutem spectantes cæci & ignari sunt, & tamen à Ducibus Spiritualibus consilium & directionem non petunt, tales redditi vel à Spiritu superbiæ, vel à Spiritu acedia, & negligentia rerum ad Salutem spectantium. Repelle ergo à teipso malignum Spiritum, ut rerum Spiritualium notitiam, & omnium rerum, qualem mererentur, æstimationem sinceram acquiras, & libenter

benter cum Sapientibus & Ducibus Spiritualibus, pulsus
de rebus Divinis cum quibusvis loquaris: neque DEI
quam obmutescas, cum DEI Honor, aut utilitas p[ro]p[ri]a
pria, vel Proximi, loqui jubet. Et simili ratione oru
cut pulso dæmone vitiata vis loquendi & videndi
mendata est, sic, ut vitia animi, & mali frutices
lantur, illorum radicem & causam remove, nezebu
vitium principale, cui maximè addictus es. hi vi

PUNCT. II. *Pharisæi autem audientes dixerunt: Mis*
non eiecit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum
(cui jam supra etiam Matth. 9. v. 34. similem nini
ctiorem adscripserunt) *JESVS autem sciens cogitatio*
nes eorum, dixit eis: Omne regnum divisum contra se pup
solabitur, & omnis civitas, vel domus divisa contra se i
stabit. Et si Satanus Satanam eiecit, adversus se divinus
est: quomodo ergo stabit regnum eius? à v. 24. Considera
si superbissimi dæmones, qui neque DEO quidem obluçia
dire voluerunt, ut tantò magis hominibus nocim
possint, tamen unionem, subordinationem, & arma
jectionem servant, ut stare possit regnum eorum
in quo tamen ij, qui imperant, nec potestatem à DEO
approbatam, & obligatione quadam confirmatam
acceperunt; nec DEI Personam repræsentant, magis
subditis obedientibus præmia decernunt: quanto
gis, ut nostram & Proximi Salutem melius promo
re possimus, & Religiosæ Disciplinæ Regimen
possit, unio, subordinatio, & subjectio servanda
in Domo Religiosa, ubi Superiores DEI Personam
ferunt, potestatem à DEO acceptam exercent, &
diti Voto Obedientiæ tenentur, & Obedientiæ
gentem fructum ac præmia consequuntur?

PUNCT. III. *Si autem Ego in Spiritu DEI* (id est

pulsu Spiritus Sancti, atque in Virtute & Potestate
 DEI) eicio demonia, igitur pervenit in vos Regnum DEI.
 nempe Adventu meo appropinquavit Regnum Cæ-
) Aut quomodo potest quisquam intrare in domum
) & vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem?
) tunc domum illius diripiet. Nempe nisi Ego ipso Beel-
 zebub fortior essem, & ipsi omnem se opponendi mi-
 hi vim eriperem, ac ligarem, non possem illum ar-
 mis suis, & domo sua spoliare. Ecce! quemadmo-
 dum Christus Diabolum armis suis ad nocendum ho-
 ilem mini, omni scilicet potestate, & ipsa simul possessio-
 cogine privavit: sic etiam executus jam est, quod dixit
) Nunc Princeps huius mundi
) jicietur foras. Quam ergo esses reprehensione di-
 gnus, si te ab hoste jam alligato, & armis privato per
 onfidem naviam vinci amplius patereris? Magnam igitur Fi-
 dem luciam & Animo resiste Diaboli tentationibus: nisi e-
 as nocuum tu ipse alligatum solveris, & inermem contra te
 , & armaveris, præbendo ipsi occasionem & vires per li-
 eorum certatem, & dissolutionem sensuum, ac passionum,
 em abber contemptum periculorum, per neglectum medio-
 firmum usum, facilem hostem vinctes, & statione pelles,
 ant, magnaque Meritorum, & Virtutum Spolia repor-
 antorabis.

MEDITATIO CCLXVIII.

De Vitijs Lingua.

Matth. 12. v. 34.

UNCTUM I. Occasione illius blasphemiae in Spi-
 ritum Sanctum, quam ejectionem demonij, cum
 esset

esset opus Divinæ Misericordiæ, adeoque Spiritus DEI (ut Christus apud Matth. c. 12. v. 28. inquit) facta fuisset, Judæi tamen opus Principis dæmonum appellaverant, Christus de maledicentia linguæ venenatæ, & invidiæ, eos reprehendens, dixit: *Agencies viperarum* (qua appellatione etiam usus est Joannes Baptista apud Matth. c. 3. v. 7.) *Quomodo testis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, malus homo de malo thesauro profert mala.* Tu ergo, si vultis haberi vis apud homines, talia loquaris. Si vultis haberi homo Religiosus, Divino Cultui addictus, qualem vestis tua designat, de DEO & rebus Divinis tam cum domesticis, quam cum externis instituas sermonem. Si nolis haberi homo vanus, querulus, invidus, rerum tuarum jactator, & amator propriæ laudis, detractor alienæ &c, etiam à sermonibus hujuscemodi abstineas, memor illius sententiæ S. Iacobi 1. v. 26. *Si quis autem putat, se Religiosum esse, & refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huiusmodi non est Religio.*

PUNCT. II. *Dico autem vobis, quoniam omnium otiosum* (quod scilicet non ordinatur ad finem honestum & laudabilem, etiamsi aliter non sit malum) *Quod locuti fuerint homines, reddent rationem ei in die Iudicij.* Matth. v. 36. Hac comminatione iudicij vindictam fumentis etiam de verbis otiosis, periculum à minori ad majus ostendit Christus, quibus dæis gravitatem & magnitudinem supplicij, quibus mala maligna plectentur; simulque ad perfectam Custodiam linguæ impellit, quam S. David vehementer DEO rogavit Ps. 140. v. 3. *Pone Domine custodiam*

meo: & ostium circumstantia labijs meis. Ostium circumstantiæ, quo os occludendum est, sit Consideratio omnium circumstantiarum, loci, temporis, personarum audientium, finis, effectus secuturi, an deceat, & an expediat hæc dicere. De tali custode linguæ suæ inquit S. Jacobus c. 3. v. 2. *Si quis verbo non offendit, hic Perfectus est vir, potest enim freno circumducere totum corpus.*

PUNCT. III. Concludit Christus adhortationem suam his verbis: *Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Quantum malum, vel quantum bonum à lingua nobis provenit, & quantâ diligentiam est à nobis custodienda! Considera iterum, quid S. Jacobus de hoc scribat. c. 3. v. 5. *Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantum ignis quàm magnam sylvam incendit! Et lingua ignis est, & universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata à Gehenna.* Sensus horum verborum est; quod lingua quidem secundum speciem modicum membrum sit, attamen valde magna sive bona, sive mala efficiat & super communem magnitudinem extollat. Sicut modicus ignis magnam sylvam incendit; sic modica lingua, & pauca verba ingens sæpe incendium pariunt: hinc etiam propter multitudinem malorum, quæ ex illa oriuntur, dici potest universitas iniquitatis. Et quamvis sit solummodo membrum corporis, ejus tamen abusus toti corpori, & toti homini maculam & notam nigram inurit, ac dedecorat; itaque totum vitæ nostræ decursum vitiorum flammis succendit, veluti si à Gehennâ ipsâ prior succensa esset. Pergit S. Jacobus

130 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum*
cobus in cit. Ep. *Omnis natura bestiarum, & volucrum*
& serpentum, & caterorum domantur, & domita sunt
Natura humana: linguam autem nullus hominum domare
potest (scilicet sine speciali DEI Auxilio, & sine con-
nuo eandem domandi studio, sine quo citò ad natu-
ram redit) Inquietum malum, plena veneno mortifero
cilè enim per illam peccatur mortaliter, præsertim
detractione famæ, à qua specialiter Religiosi sibi
veant) In ipsa benedicimus DEVM & Patrem, & in
maledicimus homines, qui ad similitudinem DEI facti
Ex ipso ore procedit Benedictio & maledictio. Ecce con-
mationem verborum Christi! Quantâ igitur curâ
guæ moderandum est!

MEDITATIO CCLXIX.

De Cavendo Relapsu.

LUC. 11. v. 24. MATTH. 12. v. 43.

PUNCTUM I. Post responsionem ad blasphemiam
assertionem Phariseorum, quòd Christus in Be-
zebub eijciat dæmones, & post reprehensionem maledicentiarum Scribarum ac Phariseorum, occasio
ejecti dæmonis ex corpore energumeni, transit Christus ad ejectionem dæmonis ex Anima hominis
Gratiam justificati, & hortatur ad perseverantiam, dicens
Luc. 11. v. 24. *Cum immundus Spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inveni-
ens, dicit: revertar in domum meam; unde exivi. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam, & ornatam. Apud Matthæum additur etiam: vacantem. Quibus verbis indicatur, quòd Diabolus ex Anima pulsus, velut in locis inaquo-*

inaquofis fitim ingentem patiat, & non quiescat, donec Animam, paulatim ad pristina vitia revertentem, rursus inveniatur præparatam ac dispositam ad suam habitationem. Quemadmodum ergo Diabolus ardente siti, & inquieto conatu aditum in Animam nostram tentat; ita non minore Justitiæ ac Perfectionis siti, & indefessâ vigilantia repellendus est, portis sensuum diligenter oclusis ac custoditis, & occultis cuniculis insidiarum, ac tentationum undique exploratis: ne tibi etiam contingat, quod sequitur.

PUNCT. II. *Tunc vadit & assumit septem alios Spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt novissima hominis illius peiora prioribus.* Luc. v. 26. Septem Spiritus nequiores sunt septem vitia Capitalia, quæ nequiora sunt, magisque noxia, quam ipse Diabolus: eadem enim vitia designantur per septem dæmonia, è Magdalena ejecta, teste Marco c. 16. v. 9. Itaque his & tentationibus illorum etiam minimis, vel remotis, opponendæ sunt Virtutes contrariæ, vel septem Dona Spiritus Sancti. Semper etiam cavendum, ne domus unquam relinquatur *Vacans*, sive vacua Gratiâ inhabitantis Spiritus Sancti & protegentis, ne novissima hominis ad DEVM conversi, vel Divino cultui in Religione addicti, fiant deteriora prioribus: ex qua consideratione dixit S. Augustinus Epist. 137. *Non sum expertus peiores, quam qui in Monasterijs ceciderunt: Optimi enim corruptio pessima.*

PUNCT. III. Considera, quod, quando homo ad pravas suas consuetudines, & priorem tepiditatem relabitur, sic fiant novissima illius peiora prioribus; quia nimirum augetur ingratitude erga DEVM, crescit

crescit reatus pænæ, consuetudo prava & mali habitus magis roborantur, difficultas obtinendi victoria intenditur, vires minuuntur, spes & desiderium emendationis languescit, & animus concidit. Hinc inquit S. Paulus ad Hebr. 6. v. 4. *Impossibile est enim* (id est difficillimum, & moraliter, ac sine speciali DEI Gratia est impossibile) *eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam Donum Caleste, & participes facti sunt Spiritûs Sancti, gustaverunt nihilominus bonum DEI Verbum virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renoverunt ad Penitentiam.* Quod non tantum de lapsu in via peccata, sed etiam in veterem tepiditatem intelligendum est; quia ferè facilius, & sæpius (ut colligitur ex Apoc. c. 3. v. 16.) frigidus, quam tepidus calefcit.

MEDITATIO CCLXX.

*Felicitas illorum, qui Divina
obediunt Voluntati.*

LUC. 11. v. 27. Matth. 12. v. 46.

PUNCTUM I. *Factum est autem, cum hac diceret (in priori Meditatione relata sunt) Extollens quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus Venter, qui portavit, & Utera, qua suxisti. At ille dixit: Qui sunt Beati, qui audiunt Verbum DEI & custodiunt illud.* LUC. 11. v. 27. Considera, quanta quidem sit Beatitudo esse Matrem DEI, ipsius etiam Matris confessione *Beatam me dicent omnes Generationes: Et universa Eccl[esi]a testante, ac dicente: Beata Viscera MARIÆ Cælestis, qua portaverunt aterni Patris Filium, & Beata Uterus,*

que lactaverunt Christum Dominum. Et tamen Filius, qui est ipsa Veritas, dicit: *Quin imò, sive, ut in Græco est, Imò potius Beati, qui audiunt Verbum DEI, & custodiunt illud,* tum per Intellectum firmiter assentiendo, tum per Voluntatem continuò & constanter illius executionem sibi efficaciter imperando, & implendo. Dignitas enim Matris DEI, se solâ, non sufficeret ad æternam Beatitudinem; altera autem Beatitudo trahit infallibiliter secum æternam beatitudinem, & quidem tantò majorem, quantò perfectiùs custoditur Verbum DEI. Gratulare itaque Matri DEI, quòd cum Dignitate Matris DEI acceperit etiam alteram Beatitudinem, quòd Verbum DEI, à prima ejus infantiâ sibi familiarissimè loquens, Eiusdemque Verbi Sermonem Divinum sive Doctrinam illius assiduè audiverit, omnia Verba ejus conservaverit in corde suo, & perfectissimè custodiverit. Unde S. Aug. tract. 10. in Joannem post initium de illa inquit: *Hoc in ea magnificavit Dominus, quia fecit Voluntatem Patris: non quia Caro genuit Carnem.* Pete ab illa Gratiam, & statue firmum propositum illam imitandi, & à Christo promissam, Matrisque Dignitati prælatam Beatitudinem obtinendi.

PUNCT. II. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater ejus, & Fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce Mater tua, & Fratres tui stant foris, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est Mater mea? & qui sunt Fratres mei? & extendens manum in Discipulos suos, dixit: Ecce Mater mea, & Fratres mei. Quicumque enim fecerit Voluntatem Patris mei, qui in Cælis est, ipse meus Frater, & Soror, & Mater est.* Matth. c. 12. v. 46. Ecce quomodo etiam illam Beatitudi-

134. *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum,*
nem, de qua mulier antè dixit, & simul eam, quam
Christus subiecit, faciendo Voluntatem Patris Cæ-
lestis, adipisci possimus. Qui enim facit Voluntatem
Patris, atque adeò Christi Mater efficitur, ille Ver-
tre Christum portat, quia implet illud monitum
Pauli 1. Cor. 6. v. 20. *Glorificate, & portate DEUM*
corpore vestro. Et cum Sponsa, velut fasciculum My-
rrhæ, & Mortificationis, recipit Amoris sinu, ac ce-
dido Innocentiæ lacte pascit, implens illud Cant.
v. 12. *Fasciculus Myrrhæ Dilectus meus mihi, inter*
mea commorabitur. Denique ita sibi Christum Amorem
obstringit, ut non minùs ab eo diligatur, quàm Frater
aut Soror, aut Mater diligere soleat.

PUNCT. III. Considera, quid sit facere Volun-
tatem Patris. Triplicem enim S. Paulus Volun-
tatem Patris memorat, cum ait Rom. 12. v. 2. *Noli*
conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus
vestri, ut probetis, quid sit Voluntas DEI bona, beneplacens,
& perfecta. Ille ergo facit Voluntatem Patris
qui hanc triplicem Voluntatem implet: Nempe
nam, cum Incipientibus servando omnia Præcepta
Beneplacentem, cum Proficientibus sequendo *Con-*
& exercendo solidarum Virtutum actus. Et Per-
Etiam, cum Perfectis plenè se conformando *Divinam*
Voluntati.

MEDITATIO CCLXXI

De Semine Verbi Divini.

Matth. 13. v. 1. Marc. 4. v. 1. Lucæ 8. à v. 4.

PUNCTUM I. *In illo die exiens JESVS de domo, sedens*

secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbae multæ, ita ut in naviculam ascendens, sederet: & omnis turba stabat in litore: & locutus est multa in parabolis, dicens: Ecce! exiit, qui seminat, seminare. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cali, & comederunt ea. Matth. 13. v. 1. Hanc Christus primam statuit causam Verbi DEI sine fructu auditi, Apostolis suis seorsim explicans relata verba, & dicens: v. 19. Omnis, qui audit Verbum Regni, & non intelligit, venit malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui secus viam seminatus est. Ut ergo Verbum DEI fructuose audiatur, vel legatur, illud intelligendum est; ut verò intelligatur, Meditatione expendendum est, & Lumen à DEO petendum; unde S. Jacobus in Ep. c. 1. v. 5. scribit: Si quis autem vestrum indiget Sapientiâ, postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter. Cavendum verò, ne oculus intelligentiæ voluntariè ocludatur, sicut Ps. 35. v. 4. dicitur: Noluit intelligere, ut bene ageret. Vel ne falsis hujus mundi principijs excæcetur; unde quia his prorsus contraria erant hæc Christi verba Luc. 18. v. 32. Filius hominis tradetur Gentibus: & illuderetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellaverint, occident eum, & tertia die resurget: Mox de duodecim Discipulis subjungit Evangelista: Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat Verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur. v. 34. Quando autem Verbum DEI non intelligitur, venit malus, & rapit, quod seminatum est in corde: inducendo in animum oblivionem, & vilipensionem illius.

PUNCT. II. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habuerunt terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem exorto astuave-

runt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Matth. 13. v. 5. Hæc est altera causa, cur Verbum DEI sine fructu seminatum fit, quam Christus explicat his verbis: *Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui Verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persecutione propter Verbum, continuo scinditur & calcidatur.* v. 20. Itaque ut Verbum DEI radicem esse possit, profundè in animum immittendum est. Illud expendendo, rationibus, tanquam radicibus, mandando, & contra occurrentes quascunque difficultates, tentationes, & respectus humanos præveniando, atque Oratione humectando: nam testatur Luca. c. 8. v. 6. *Natum aruit, quia non habebat radicem.*

PUNCT. III. *Alia autem ceciderunt in spinas, & aruerunt spina, & suffocaverunt ea.* Matth. 13. v. 7. Hanc tertiam causam Christus ita declarat: *Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui Verbum audit, & sollicitus est in seculo istius, & fallacia divitiarum (addit S. Marcus c. 19. & circa reliqua concupiscentiæ, S. Lucas etiam voluptates vitæ adnectit. v. 14.) Suffocat verbum, & fructu efficitur.* Matth. v. 22. Considera, quàm res hæc omnia spinæ dicantur, quia animum acriter pungunt, & graviter vulnerant: acquiruntur enim divitiæ & voluptates cum solitudine, & labore, & acquisite percipiuntur cum inquietudine animi, remorsu Conscientiæ, quam gravium peccatorum lethalibus vulneribus fauciant. Hæc omnia per experientiam suam testatur Sapientissimus Ecclesiasticus c. 2. v. 1. *Dixi ego in corde meo: vadam & affluam delicias, & fruor bonis. Et vidi, quòd hæc quoque esset vanitas.*

*Supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ierusalem: Sapientia quoque perseveravit mecum (scilicet Sapientia hujus mundi, & rerum naturalium Scientia, indeque consequens fama, & æstimatio apud homines) Et omnia, quæ desideraverunt oculi mei, non negavi eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate fruere-
tur, & oblectaret se in his, quæ preparaveram: & hanc ratus sum partem meam, si uterer labore meo. Cùmque me conver-
tisssem ad unã opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole.
v. 9. Ideo etiam Christus divitias vocavit *Fallaciam divitiarum*, & voluptatibus addidit brevissimum terminum vitæ. Veræ enim Divitiæ sunt thesauri in Cæ-
lis, & vera Gaudia non sunt, nisi Æterna. Confide-
ra etiam, quomodo prædictæ spinæ semen suffocent, quia intellectum excæcant, voluntatem depravant, executionem boni Operis impediunt.*

MEDITATIO CCLXXII.

Continuatio eiusdem Argumenti.

PUNCTUM I. Considera infelicitatem eorum, apud quos semen Verbi Divini non fructificat. Illam indicat Christus his verbis: *Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis Prophetia Isaiæ (c. 6. v. 9.)* *Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Inerassatum est enim cor populi huius, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde in-*
I s *telligant,*

telligant, & convertantur. Matth. 13. v. 13. Quasi
 ceret: ideo Veritas Verbi Divini videtur ipsis in
 parabola, neque ipsius Veritatem intellectu per
 piunt, quia Miracula mea, & Virtutum mearum
 Exempla oculis quidem corporeis intuentur, Di
 namque meam Doctrinam auribus corporeis hu
 riunt; oculos verò mentis claudunt, & mentis au
 obturant: hinc corde non intelligunt, retinentes cu
 sam, & affectatam, adeoque graviter culpabilen
 gnorantiam, & voluntate non convertuntur, nec
 nantur de vulneribus & morbis suis lethalibus.
 de, quia per ignorantiam non sunt excusabiles, sed
 dent & audiunt, quantum sufficit ad culpæ gravi
 tem; continget illis, quod Christus apud Lucam
 12. v. 47. prædixit: *Ille autem servus, qui cognovit Vo
 luntatem Domini sui, & non preparavit (disponendo
 per intellectum) Et non fecit secundum Voluntatem eius
 vapulabit multis.* Cave ergo, ne, qui in Religione
 multa vides & audis, quæ ad Virtutis, ac Perfecti
 nis studium te excitare deberent, ea tamen nec
 intellectu satis perpendas, & æstimes, nec voluntate
 approbes, nec opere exequaris: nullam enim pro
 tendere poteris excusationem ignorantia.

PUNCT. II. Considera felicitatem eorum, qui
 bus in persona Apostolorum Christus dixit: *Vobis
 tum est, nōsse Mystera Regni Calorum: illis autem non
 datum: qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui
 tem non habet; & quod habet, auferetur ab eo.* Matth.
 v. 11. *Vestri autem beati oculi, quia vident; & aures
 fra, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi
 Propheta & Iusti cupiērunt videre, quæ videtis, & non
 derunt; & audire, quæ auditis, & non audiērunt.* v. 16

Hæc Beatitudo vel maximè possidetur à Religiosis ; his enim datum est , nôsse Myſteria Regni Cælorum , & acceptam notitiam abundanter augere multiplicitate rerum Cælestium auditione , Læctione , Meditatione. Hi oculo mentis vident Christi & Sanctorum præclara Virtutum Exempla , & eadem etiam in Sodalibus suis coràm intuentur ; hi aure mentis percipiunt externa vitæ Spirituales Documenta , & internas Inspirationes frequentes : quæ Gratia nec antiquis Prophetis concessa est , neque Justis illis , qui similiter Religionem ingredi constanter & ardentè petierunt ; nec tamen impetrârunt. Itaque Religiosi hanc Beatitudinem suam agnoscant , & eadem etiam per diligentiam suam fruantur , Verbum Divinum in terram cordis sui profundè demittant , & sollicitudinum , concupiscentiarum , ac voluptatum spinas radicitus evellant.

PUNCT. III. Considera Seminis Divini , etiam in terram bonam incidentis , inæqualem fructum : *Qui verò in terram bonam seminatus est , hic est , qui audit Verbum (auditu externo , & interno) & intelligit , & fructum affert , & facit aliud quidem centesimum , aliud autem sexagesimum , aliud verò trigesimum , secundùm cuiusque cooperationem inæqualem ; dum alius diligentissimè studet vitare omnia peccata mortalia , alius etiam venialia , alius etiam meras imperfectiones : primum est incipientium , secundum proficientium , tertium perfectorum ; quod quia debet esse primum in intentione , ideo S. Matthæus v. 23. fructum centesimum primo loco ponit : Marcus verò & Lucas primò ponit fructum trigesimum , deinde sexagesimum , denique centesimum , ut insinuent , semper esse proficiendum*

140 *Ab Octava SS. Corp. Christi. usque ad Adventum.*
ficiendum, & crescendum in Perfectione & Fructibus Virtutum.

MEDITATIO CCLXXIII.

De Zizanijs, bono semini inspersis.

Matth. 13. v. 24. Marci. 4. v. 26.

PUNCTUM I. *Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est Regnum Cælorum homini, qui seminat bonum semen in agro suo (id est, similiter agitur circa Regnum Cælorum obtinendum) cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit Zizania in medio tritici, & abiit. Matth. 13. v. 24. Bonum semen est Doctrina sana de rebus ad Fidem, & bonos Mores spectantibus, Inspirationes Divinæ, bona Proposita, homines boni Exempli in aliqua communitate: per somnolentiam autem & incuriam vel Superiorum, vel cujuscunque hominis circa seipsum, Diabolus inspergit Zizania falsorum principiorum & dogmatum, perversarum suggestionum, ac tentationum, aut imperfectorum, ac tepidorum hominum exempla, vitia &c. Hinc patet, quantâ vigilantiam opus sit adversus inimicum non dormientem, vel pro tibi commissis, vel pro te ipso per studium Meditationis quotidianæ, frequentis Examinis, Recollectionis multiplicis, & pugnæ continuæ, ne Zizania bono semini in corde tuo inspergantur, vel ne in Communitate ac Cætu perfectorum tu instar Zizaniarum inspergaris, tanquam homo imperfectus, ac tepidus, vel omnino etiam perversus. Estote itaque prudentes, & vigilate in Oracionibus. 1. Pet. 4. v. 7.*

PUNCT.

PUNCT. II. *Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & Zizania. v. 26.* Crescente enim bono semine, crescunt & Zizania; & defectus inde exorti, quantumvis ab initio parvi, mentisque aciem fugientes, sensim notabiles evadunt; & tanto fiunt notabiliores, majusque scandalum generant, quanto magis videntur esse conjuncti cum Virtutibus majoribus. Pari ratione, quò magis alij in Virtute proficiunt, tantò magis apparet aliorum pravitas aut tepiditas. Unde nihil Zizaniorum bono semini tuo superseminari sinas, quantumvis parvum ab initio videatur; nihil enim parvum reputandum est, quod magnum evadere potest: & quia nemo repente fit pessimus, ideo attende, ne incipias fieri malus, aut tepidus, dum alij in Virtute egregiè proficiunt.

PUNCT. III. *Servi autem dixerunt ei: vis, imis, & colligimus ea? Et ait: Non; ne forte colligentes Zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: colligite primum Zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. v. 28.* Tunc Zizania non sinuntur evelli, quando Deus non dat amplius Auxilia efficacia emendationis, vel quando Superiores ad evitanda majora mala, vel ad retinenda quædam Bona, coguntur dissimulare magnorum & incorrigibilium defectuum Zizania. Ne ergo sine Zizania ita in te invalescere, radicari, ac multiplicari, ut nec tu, nec Superiores tui, ea amplius evellere queant. Nec magni æstima, si inter bonos malus tolereris: sed cave, ne tu & defectus tui alligentur in fasciculos ad comburendum igne purgatorij, vel inferni. Gratium tibi etiam sit, si à Superioribus,

perioribus, vel ab alijs de defectibus tuis admoneris, ne velut incorrigibiles igni reserventur. De quoque considera, in Cœtibus, etiam Religiosis, Zinaria, id est, imperfectos ac discolos nonnunquam lerari debere, nec statim dimittendos, aut in alio locum mittendos esse; quia aliquando serviunt conservandum triticum: quippe Perfecti proficiunt ex visis imperfectionibus aliorum, solidantur in Virtute, & Patientiæ Merita augment.

MEDITATIO CCLXXIV.

De similitudine Regni Cælorum cum Grano Sinapis.

Matth. 13. v. 31. Marc. 4. v. 31. Luc. 13. v. 19.

PUNCTUM I. *Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est Regnum Cælorum Grano Sinapis, quod accipit homo seminauit in agro suo. Matth. 13. v. 31. Expenditur, etsi nihil majus sit Regno Cælorum, tam quoad Dignitatem, quam quoad Magnitudinem loci spectato, tamen comparetur à Christo grano omnium in nimo. Nempe hoc ideò factum est, quia Gaudia Cælestia, utpote longissimè distantia, & insensibilibus corporeis non percipienda, multò minora apparent terræ, & carnis voluntati addictis hominibus, quæ gaudia præsentia & sensibilia: sicut Sol, etiam si in comparatione major sit toto terrarum orbe, oculis tamen humano apparet sine comparatione minor. Itaque iudicium sensuum per rationem & Fidem corrigendum est, & per hanc metiendum est Regnum Cælorum.*

Cælorum, non tam quoad magnitudinem loci, quàm quoad Cælestium Gaudiorum exuberantiam spectatum; & considerandum, quæ mala absint, quæ bona adsint, quàmque stabilia & æterna sint.

PUNCT. II. *Quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor: ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis ejus.* Matth. v. 32. Considera, quomodo Regnum Cælorum, & æstimatio illius in agro cordis nostri semper debeat crescere, & majus apparere omnibus oleribus gaudiorum terrestrium ac momentaneorum; ita ut velut in ingentem arborem comparatione illorum evadat. Dispice etiam, an sis inter volucres cæli, qui libenter habitant in ramis hujus grandis arboris; vel an in terra cum vermibus repas, & terrestria olera cum illis depasces. Alæ, quibus in hanc arborem cum avibus cæli evolare debes, sunt Intellectus & Voluntas, ut nihil aliud cogites & ames, quàm Regnum Cælorum, & cum S. P. N. Ignatio dicere possis: *Quam sordet mihi terra, cum Cælum aspicio.* Et cum S. Paulo ad Phil. 3. v. 20. *Nostra autem conversatio in Cælis est.* Et supra v. 8. *Veruntamen existimo, omnia detrimentum esse propter eminentem Scientiam JESU Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora, ut Christum lucrifaciam.*

PUNCT. III. Considera fructum seu utilitatem, quam inhabitatio arboris, nempe memoria & æstimatio Regni Cælorum in terris præstat. Sicut enim volucres in arboribus inveniunt umbram contra æstum Solis meridiani, tectum contra pluviam, latibulum contra insidias milvi, commoditatem nidi ad generationem & multiplicationem prolis: sic mentalis

144 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.*
talis inhabitatio Cæli præstat umbram contra æstus
lucis, ac prosperitatis, sive contra *dæmonium meridi-*
num. Pl. 90. v. 6. ut illum æstum fugiamus, & bonum
terrena contemnamus: præstat contra imbrem
versitatis præsidium, ut fortiter illam sustineamus
memores: *Quòd in presenti est momentaneum, & tribulationis nostræ, supra modum in Sublimitate æternæ*
Gloriæ pondus operetur in nobis, non contemplantibus nobis
quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur
temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.
Cor. 4. v. 17. Præstat contra tentationes Diaboli
fugium: ideo David inquit Pl. 118. v. 12. *Inclina vi-*
meum ad faciendas Justificationes tuas in æternum prop-
Retributionem. Denique præstat ad multiplicem bonorum
Operum partum commoditatem nidi, *ut sit*
excelsio nidus eius. Habacuc. 2. v. 9.

MEDITATIO CCLXX

De similitudine Regni Cælorum cum Fermento.

Matth. 13. v. 33. Luc. 13. v. 21.

PUNCTUM I. *Aliam parabolam locutus est eis: Sim-*
ile est Regnum Cælorum fermento, quod acceptum
abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est
tum. Considera, cur Regnum Cælorum Fermento
comparetur: Fermentum enim, farinæ immixtum
panem sapidum efficit, elevat, & dilatat: ideo et
Regnum Cælorum fermento assimilatur, quia
tiam, quam veluti panem esuriendum Christus
cuerat apud S. Matth. c. 5. v. 6. sapidum reddit:
cordis

cordanti enim Gaudiorum Cælestium, nihil est adeo
 acerbum vel insipidum, quod non cum gustu susci-
 piatur, vel perficiatur. Præterea Regni Cælorum
 memoria etiam elevat memoratum Animæ Spiritua-
 lem panem, dum ad sublimem Justitiam ac Sanctita-
 tem evehit, & impellit. Unde Christus in Apoc. c.
 22. v. 11. ad eam altius extollendam sic hortatur: *Qui
 justus est, justificetur adhuc, & Sanctus sanctificetur adhuc.
 Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique
 secundum opera sua.* Denique recordatio Regni Cæ-
 lorum instar Fermenti panem Justitiæ dilatat ad o-
 mnis Mandati Divini executionem: ad quam Spe Re-
 gni Cælestis cor sibi extensum esse fatetur Psalmi-
 sta Pl. 118. v. 112. *Inclinavi cor meum ad faciendas Justi-
 ficationes tuas in æternum propter Retributionem.*

PUNCT. II. Considera, prædictos effectus præ-
 stari à Cælesti illo Fermento, quando anima tua illud
 abscondit in farinæ satis tribus. Tria farinæ sata,
 ex quibus panis Justitiæ efficitur, sunt tres Virtutes
 Theologicæ: in his Regnum Cælorum absconditur,
 quia nondum videtur, sed obscure creditur; neque
 actu possidetur, sed obscure creditum speratur, &
 sic creditum ac speratum etiam amatur ut ultimus
 Finis per Charitatem Dei in via, qui est ultimus Fi-
 nis, & nostra Beatitudo objectiva, quæ per Regnum
 Cælorum principaliter intelligitur. Itaque Regnum
 Cælorum firmissimè creditum, speratum, & ama-
 tum, lapidos reddit, intendit, & extendit omnes Vir-
 tutum & Justitiæ actus. Absconde ergo illud in farinæ
 satis tribus per frequens Fidei, Spei, & Charitatis
 exercitium. Possunt etiam per tria sata intelligi tres
 spirituales potentie Animæ, dum Anima Regnum
 Cælorum

Cælorum abscondit in Memoria per continuam recordationem, in Intellectu per summam æstimationem, & in Voluntate per ardens desiderium, Spes & Amorem.

PUNCT. III. Considera, Fermentum Regni Cælorum tamdiu in farinae satis abscondendum esse, donec undiq; se diffuderit, nempe ad omnes actus iustitiæ per totam vitam: semper enim dicto modo ad illos actus impellere nos debemus, dicendo cum Regio Vate: *Credo videre Bona Domini in Terra viventium* Pl. 26. Et cum Job. c. 19. *Scio, quod Redemptor meus vit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & circumdabor pelle mea: & in carne mea videbo DEUM Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspexerunt, & non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo.*

MEDITATIO CCLXXV

De similitudine Regni Cælorum cum Thesauro.

Matth. 13. v. 44.

PUNCTUM I. *Simile est Regnum Cælorum Thesauro abscondito in agro.* Matth. 13. v. 44. Perpende, quomodo verè Regnum Cælorum Thesauro comparetur: consistit enim Regnum Cælorum potissimum consistat in possessione Beatitudinis objectivæ; hæc autem sit Deus ipse, qui est Bonum infinitum, unice & perfectissimum, trans Intellectum, & Voluntatem, eoque obtinenda ponatur homo in Statu, omnium bonorum aggregato.

tione perfecto; hinc Regnum Cælorum est Thesaurus omnium pretiosissimus. Et tamen adhuc absconditus, quia non nisi Fide obscura, & à sensibus remotâ cognoscitur: nam *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit DEVS iis, qui diligunt illum.* 1. Cor. 2. v. 9. Rectè etiam dicitur in agro absconditus, ut eum velut in loco patenti, quò nulli præclusus est aditus, quilibet invenire possit. DEVS enim *Omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem Veritatis venire.* 1. Timoth. 2. v. 4. Et ut ipsa etiam soli fertilitate, ac amænitate (per quas fructus Gratia, & gaudia accidentaliter Gloriæ Cælestis significantur) homo alliciatur ad Agrum illum sibi comparandum. Cùm ergo Regnum Cælorum tantus Thesaurus sit, & absconditus sit, & à quolibet cum gaudio reperiri possit, ideo magnâ diligentia, & constantia nos illum quærere oportet.

PUNCT. II. *Quem, qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum.* Ager, quo empto acquiritur jus ad Thesaurum, est Gratia Sanctificans: invenitur autem per Opera bona, ac meritoria; quæ, qui facit in abscondito, ut Pater Cælestis, qui videt in abscondito, reddat secundum Christi promissionem apud Matth. c. 6. is inventum Thesaurum, sive inventionem Thesauri abscondit, ne ejus manifestatione humanam laudem quærens, hîc mercedem transitoriam recipiat, & Thesaurum Regni Cælorum perdat. Hæc tamen inventio ingens gaudium in Anima parit, ut adeoque laude, plausu, & favore humano non indigeat. Sicut enim opera mala remorsum Conscientiæ, adeoque tristitiam pariunt; sic Opera bona generant

nerant gaudium: unde *Secura mens quasi jure convivio*
 Proverb. 15. v. 15. Id ipsum expertus est, qui dixit
 2. Cor. 1. v. 12. *Gloria nostra hæc est, testimonium Co-*
scientiæ nostræ, quod in Simplicitate cordis, & Sinceritate
DEI, & non in Sapientia carnali, sed in Gratia DEI con-
versati sumus in hoc mundo.

PUNCT. III. Quia verò tunc primùm Thesauri
 rus inventus simul cum agro, perfecto & stabili iure
 acquiritur, quando quis cum Gratia finali decedit
 hac vita; ideo vadens pro Gratia comparanda vendit
 omnia, omnes honores, omnes voluptates, omnes
 denique creaturas, quarum abdicatio utilis vel neces-
 saria est ad Gratiam finalem, & ad Thesaurum Regni
 Cælorum sibi comparandum; vel quarum retentio
 occasio sibi est peccati, sive mortalis, sive venialis,
 sive multarum saltem imperfectionum, dispositio
 tum ad peccatum.

MEDITATIO CCLXXVII

De similitudine Regni Cælorum

cum Margarita.

Matth. 13. v. 45.

PUNCTUM I. *Simile est Regnum Cælorum homini negoti-*
atori, quærenti bonas Margaritas. Id est: Simi-
 modo quæritur Regnum Cælorum, quomodo
 negotiator quærit bonas Margaritas: adeoque Regnum
 Cælorum comparatur bonæ Margaritæ. Confidit
 ergo, quod, sicut negotiator prudenter discernit,
 seligit bonas Margaritas à malis & falsis, solùmque
 apparentibus Margaritis, sic quicumque quærit

gnum Cælorum, debeat illud à bonis terrenis discernere, & seligere; bona enim terrena nihil, nisi fragilia vitra sunt & fallacia, apparent tamen esse Margaritæ, & non sunt ullius pretij & valoris. Agnosce igitur ingens pretium Regni Cælorum, & vilitatem ac fragilitatem bonorum terrenorum; compara utraque inter se, & mox apparebit, hæc omnino contemptibilia esse, illud autem appetendum unicè, ac super omnia æstimandum.

PUNCT. II. *Inventa autem unâ pretiosâ Margaritâ, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.* Sic pro inventa, & agnita bona Margarita, scilicet pro æterna Beatitudine, æstimatâ infinito pretio Sanguinis Filij DEI, paratus esto omnia bona terrena, commoditates, voluptates, honores &c. relinquere, & dote, quòd sæpe rem levissimam illi præposueris; cura verò, ne deinceps quidquam præponas, & alicui rei, loco, officio &c. per immoderatum affectum adhæreas. Gratulare tibi etiam, quòd pretiosam illam Margaritam inveneris, & quòd relictis omnibus per ingressum Religionis illam emeris. Omnem proinde diligentiam adhibe, & auxilia Gratiæ à DEO precare, ne unquam contractus iste rescindatur, aut à te violetur, ullius rei contra promissam Paupertatem usurpatione.

PUNCT. III. Certum habe, non posse cætera bona retineri, & Margaritam simul, quasi per donationem, acquiri: ideo Christus dixit, emendam esse venditis omnibus. Idque confirmavit verbis Abrahamæ ad divitem Epulonem. Luc. 16. v. 25. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Et

apud eundem Lucam. c. 6. v. 24. *Vae vobis divitibus quia habetis consolationem vestram.* Considera tamen ingens præstari à DEO Beneficium, quòd pretiosissimam Margaritam tam exiguo pretio vilium bonorum liberaliter & gratiosè vendat, atque etiam in hac vita tradat. Nam quamprimum deserimus perfectè omnia terrena, incipimus frui Cælestibus per libertatem, & quietem animi, & Solatia Cælestia; ut cum Apostolo etiam dicere quis possit: *Impletus sum Consolatione, superabundo Gaudio in omni tribulatione nostra.* 2. Cor. 7. v. 4.

MEDITATIO CCLXXVIII

De similitudine Regni Cælorum

cum Sagena.

Matth. 13. v. 47.

PUNCTUM I. *Iterum simile est Regnum Cælorum Sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congregata.* Id est, simile quid contingit circa homines in Cælo immittendos, quod contingit circa pisces, qui Sagena congregantur. Tria itaque hac parabola indicantur, Mors, Judicium, & executio Sententiæ judicialis, decernentis vel Gaudia Regni Cælorum, vel Supplicia Inferni. Primo hoc puncto consideranda Mortem esse Sagenam, vel similem esse Sagenam in mare vitæ præsentis, salis, & instar aquæ dilabentis, & ex omni genere piscium congreganti: Nam Statutum est hominibus semel mori; post hoc autem Judicium. Eccl. 9. v. 27. Cogita proinde, te hac Sagena cælesti comprehendum, & sicut ex Sagena aquæ dilabentis

fluunt, pisces autem remanent, & in littus efferuntur; ita vitam nostram, & omnia, quæ in hac vita habuimus, siue salsa, siue dulcia, dilapsura: Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertuntur. 2. Reg. 14. v. 14. Quando autem Sagena in mare mittenda sit, Christus in parabola non indicavit; quia voluit, tempus nobis esse occultum, & incertum, ut ad mortem certam semper essemus parati.

PUNCT. II. *Quam, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum.* Considera istam Electionem bonorum, & separationem malorum designare Sententiam infallibilem, & immutabilem, cujus Angeli erunt executores, quâ alijs dicitur: *Venite Benedicti; Alijs: Discedite à me maledicti.* Matth. 25. Cave ergo, ne inter bonos pisces, qui ad magnam & solidam Virtutis perfectionem in hoc vitæ mari, & in Religiosa Congregatione pervenerunt, & inter quos tanto tempore toleratus es, malus vel valde imperfectus inveniaris, forasque mittaris. Si enim in hac vita foras mitti, & è Societate Bonorum eijci horribile esset, quàm terribile foret eijci foras è Societate Electorum. Perfice nunc te ipsum, ut tunc eligaris ab Angelis in vasa, Regno Cælorum, & Bonorum piscium vivario inferendus. Non satis est, esse vocatum, sed electum.

PUNCT. III. *Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium.* Attende: Non dicit: & mittent eos in mare, unde extracti sunt, ut adhuc crescant, & perficiantur: quidquid enim Perfectionis in hac vita non acquisieris, nunquam amplius acquires.

152 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.*

Dicit autem : *Ibi erit fletus*, quo deflebunt iacturam
& pœnam damni; & *stridor dentium* præ dolore pœnæ
sensûs. Utramque hanc pœnam opponit Regno Ca
lorum, ita ut eo non obtento necesse sit illam incur
ri. Igitur *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare* : quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec
scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Eccl. 9. v. 11

MEDITATIO CCLXXXIIII

*Christus in Patria exiguum fructum
refert.*

Matth. 13. v. 54. Luc. 4. v. 16. Marc. 6. v. 1.

PUNCTUM I. *Et factum est, cum consummasset IESUS
parabolas istas, transiit inde (ex domo Capharna
conductâ, ubi Discipulis parabolas privatim exposu
erat, teste Matth. c. 13. v. 36.) Et veniens in patriam
suam (non in urbem Bethlehem, ubi natus fuerat
sed in urbem Nazareth, ubi erat nutritus, teste Luc.
c. 4. v. 16.) docebat eos in Synagogis eorum (nam ut
quit S. Marcus. c. 6. v. 6. etiam Circuibat castella in
cuius docens) ita ut mirarentur, & dicerent : unde huic
sapientia hæc, & Virtutes ? Matth. 13. v. 53. Considera
Christum initio Prædicationis prætergressum esse
vitatem patriam, quia, ut scribit S. Matthæus c.
v. 13. *Relicta civitate Nazareth venit, & habitavit
Capharnaum maritimâ, in finibus Zabulon & Nephthalim
ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam
9. v. 1.) Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via ma
trans Jordanem, Galilæa gentium, populus, qui sedebat
tenebris, vidit Lucem magnam : & sedentibus in regione**

bra mortis, *Lux orta est eis.* Volebat namque Christus Exemplo suo nos docere, ut nullius loci affectu alligati (qualis solet esse erga patriam) ibi maximè cuperemus esse, ubi opera nostra Superioribus magis videretur esse necessaria, & utilis, & ubi ager incultior plus laboris, & sudoris à nobis exigeret. Præterea, ut ex sequentibus patebit, exigua dispositio Nazarenorum ad recipiendam Lucem Prædicationis Christi, eandem etiam remorabatur: & hæc est causa, cur tardiùs & rariùs Divinas Illustrationes in Anima nostra recipiamus. Itaque his omnem obicem, & propriam indignitatem stude remove, ut & tibi sedenti in tenebris & in regione umbræ mortis oriatur Lux magna, dissipans lethalem umbram ignorantia & erroris in rebus ad Salutem & Perfectionem conducentibus.

PUNCT. II. *Et intravit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ, & ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat (Isa. 61. v. 1.) Spiritus Domini super me &c. Luc. 4. v. 16.* Observa, Christum non temerè legisse, sed revolvendo librum exquisivisse locum S. Scripturæ, incredulitati Nazarenorum maximè utilem; eo enim continebatur testimonium de Christo, missò à DEO, ut Magistro & Doctore, quem illi ob vilitatem Parentum & Cognationis contemnebant. Sic DEVS Illustrationes, & Inspirationes suas non temerè in Animam hominis infundit, sed Librum infinitæ suæ Sapientia revolvit, & feligit ex innumeris talem, quæ ad Salutem ipsi maximè videtur utilis & necessaria. Itaque summa gratitudine sunt recipiendæ, & summo studio ac diligenti-

gentia exequendæ omnes Divinæ Inspirationes, quibus ut semper efficaces eligat, DEVM precari & tales ipsemet per sedulam cooperationem efficere conare. Sic etiam selige tibi tales materias Meditationum, & tales libros pro Lectione Spirituum ex quibus maximè possis proficere. Cùm verò alios verba faciendæ sunt, præparatione singularum & dicendorum delectu quàm maximè stude prodesse & te accommodare captui, ac necessitati Auditorum. Adeoque nihil temerè, omnia cum delectatione facito.

PUNCT. III. Perpende locum Isaia, à Christo alta voce prælectum: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me, sanctos contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annuntium Domini acceptum, & diem retributionis. Et cùm plicem librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Caput autem dicere ad eos quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.* Luc. 4. v. 18. Quemadmodum hæc Scriptura impleta est in auribus Nazarenorum, quando auribus illorum audiverunt eum loquentem & docentem, per quem & in quo est impleta: & quemadmodum non tantum cæpit impleri, sed jam antè impleta etiam nunquam implebatur; ita quoque hodie, & quotidie impletur in auribus & oculis nostris, quotiescunque videmus, audimus, vel legimus Doctrinam, Miracula, & exempla Divini Magistri è Cælo missi. Ideo & oculi nostri, & aures nostræ, & intellectus, & voluntas sint intenti in eum; quia pro toto tempore subsequente Isaias de illo prophetavit c. 11. v. 2. *Requiescet super eum*

eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientia, & Intellectus, Spiritus Consilij & Fortitudinis, Spiritus Scientia & Pietatis, & replebit eum Spiritus Timoris Domini. Itaque Doctrina illius est Verissima, & Sanctissima: & traditur à tali Magistro, qui Unctione Unionis cum Increata Sapientia, & Natura Divina à Cælesti Patre solenniter inunctus, & totius mundi Doctor inauguratus est. Considera etiam effectus illius Doctrinæ, in priori Isaiaë textu indicatos. Hujus ergo Magistri Disciplinæ te totum trade: iste unus sit Magister tuus: Mundi verò, & Carnis sapientiæ aures tuas claude.

MEDITATIO CCLXXX.

Continuatio ejusdem Narrationis.

Luc. 4. v. 22.

PUNCTUM. I. *Et omnes testimonium illi dabant* (quòd doctè, sapienter, efficaciter, & tanquam potestatem habens loqueretur, non autem quòd esset Messias) *Et mirabantur in verbis Gratia, quæ procedebant de ore ipsius.* Luc. 4. v. 22. Non satis est in Meditatione, Lectione Spirituali, auditione Verbi DEI agnoscere, laudare, admirari Veritatem, Sapientiam, & qualemcunque præstantiam illius, vel Auctoris, sed semper fructus aliquis capiendus est, voluntas impellenda, agnita Veritas opere implenda. Non enim Beati, qui audiunt Verbum DEI, sed qui custodiunt illud. Cùm autem ipse ad alios Sacra verba facis, non testimonium Auditorum laudantium & applaudentium, non admirationem in verbis & gratia dicendi captare,

captare, vel prensare debes, sed fructum; quæ
quia Christus unice quæsit, hinc non curavit, quæ
per reprehensionem suorum Auditorum pro laude
admiratione odium eorundem & indignationem
se converteret, ut deinde patebit.

PUNCT. II. *Et multi audientes admirabantur in
doctrina eius, dicentes: Unde huic hæc omnia? Et quæ
sapientia, quæ data est illi; & Virtutes tales, quæ per
eius efficiuntur? Nonne hic est Faber, Filius MARCI
Frater (id est patruelis & consobrinus) Jacobi
& Judæ, & Simonis? Nonne & Sorores ejus (patruelis
consobrinæ) hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in
Marc. 6. v. 2. Attende, quomodo Christus cum admi-
bili sua Doctrina, Sapientia, & Virtute patranda
cuncta conjunxerit tantam Humilitatem, & externam
sui demissionem, ut ea captum hominum omnino
peraret. Hinc autem patet, quanta apud DEUM in
omnibus officijs, parentibus, consanguineis, &
ejusmodi coram mundo contemptibilibus sit Di-
gnitas & Excellentia, ut Filius DEI eadem sibi elegit.
Sic cum Doctrina, Sapientia, Virtute, & alijs Na-
turæ vel Gratia insignibus donis Humilitas socianda
Sic curandum, ut non tantum humiles, sed viles
modo videamur. Sic, quod in oculis hominum con-
temptibile est, eligendum. Nunquam verò nobilitas
Natalibus, vel Consanguineis, vel Affinibus glori-
andum, nec de his, præsertim ab homine Religio-
sum sermo miscendus. Cavendum etiam, ne Nazare-
nos imitemur cum ijs, qui Superiores, Magistros,
Duces suos Spirituales, à DEO missos, & pro Ani-
marum suarum directione à DEO datos, propter de-
fectum quorundam donorum naturalium, Nobilitate*

Prudentiæ, Doctrinæ, Ætatis &c. aspernantur, & ab eorum Disciplina se subtrahunt.

PUNCT. III. *Et dicebat illis JESVS: non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi Virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit.* Marc. 6. v. 4. Quod Prophetis, id etiam Religiosis sæpe in domo sua contingit. Imitare ergo Christum, & firmo voluntatis proposito dic ex Pl. 83. v. 11. *Elegi abiectus esse in Domo DEI mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Nota etiam modum loquendi Evangelistæ: *Et non poterat.* Omnipotentiam enim, Bonitatem & Liberalitatem DEI infinitam nobis ipsis restringimus per exiguam nostram dispositionem, indignitatem, ingratitude, superbiam, & vel maximè, quia cum oblata Gratia Divina non cooperamur. Remove ergo hujusmodi obices, & impedimenta Cælestium Favorum, Auxiliorum, & Gratiarum.

MEDITATIO CCLXXXI.

Continuatio ejusdem Narrationis.

Luc. 4. v. 25.

PUNCTUM I. Confirmans Christus, quòd *Nemo Propheta acceptus sit in patria sua*, duo affert exempla, dicens: *In veritate dico vobis, multe viduæ erant in diebus Elia in Israël, quando clausum est Cælum annis tribus & mensibus sex; cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam (Gentilem) & multi leprosi erant in Israël sub Eliseo Propheta: & nemo eorum mundatus est,*

est, nisi Naaman Syrus (Gentilis) Itaque tam mulieres, quam viri ex Israëlitis, quia tantâ Fiduciâ Prophetas suos non honorabant, quantâ illos honoraverat mulier, & vir gentilis, ideo etiam ab eis tantum beneficium non receperunt. Considera nunquam an non ob similem causam DEVS ipse, & Sancti Religiosarum Familiarum Patroni sæpe hominibus sæcularibus & externis majora Beneficia præstent, quam Religiosis degentibus in Domo DEI, & Sanctos suos Spirituali Cognatione contingunt. Ppende etiam, unde proveniat, quòd multiplice, imò Sacerdotes etiam quotidie, ad Sacram Christi Mensam accumbant, nec tamen Panis cor hominum illorum confirmet, nec Vinum lætificet? Certe multi quoque peccatorum leprâ infecti, à totis sœcis, quot Confessarijs, non stabiliter mundentur, emendentur? Nempe inde hoc provenit, quia non cum debita Reverentia, nec cum Zelo debito Honoris Divini ad Christum accedunt, nec cum debita observantia, ac subjectione Salutis merita accipiunt. Cave ergo, ne DEVS, ne præpositi Sancti, ne Duces Spirituales, aut Superiores à tua domo sua minus Honoris, Cultûs, Observantiæ, Reverentiæ, Obedientiæ accipiant, quam ab alijs minus obstrictis; & tu ideo etiam minus Beneficiorum recipias.

PUNCT. II. *Et repleti sunt omnes in Synagoga hac audientes.* Luc. 4 v. 28. Ecce, qui paulo antequam (ut v. 22. dicebatur) testimonium Christo daret, & mirabantur in verbis Gratia, quæ procedebat de ore ipsius; mox repleti sunt irâ. Nihili ergo scienda est laus humana, quæ tam facilè amittitur.

& pro mutatione affectuum variatur : nec propterea parcendum Veritati, quando ad justam reprehensionem vitiorum necessarium est loqui. Neque imitandi sunt Nazareni isti, reprehensionis & correctionis impatientes ; sed omnes defectuum admonitiones, præsertim à Superioribus profectæ, cum gratiarum actione, & emendationis proposito suscipiendæ sunt.

PUNCT. III. *Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem, & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat edificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.* Luc. 4. v. 29. Considera præclarum Exemplum, & insignem effectum Mansuetudinis : non tantum non irascitur Christus sibi irascentibus, neque contendit, neque commovetur ; sed cedit, finitque se duci usque ad supercilium montis : atque ita illius Mansuetudine placati, vel oculis capti, ne eum viderent, innoxium permittunt per medium illorum ire. Sic cedendo adversantibus ; vel contradicentibus innoxius transibis : præsertim medio tutissimus ibis, si ad neutram partem hominum deflectas, nulli adhæreas, neminem fugias.

MEDITATIO CCLXXXII.

De Predicatione Christi, & Missione Apostolorum, per Civitates & Castella Galilee.

Marc. 6. v. 6. Luc. 8. v. 1. & cap. 9. v. 1.

PUNCTUM I. *Et circuibat castella in circuitu docens.*
 Marc. 6. v. 6. *Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat*

bat per civitates, & castella prædicans, & evangelizans Regnum DEI: & duodecim cum illo. Luc. 8. v. 1. In obstinatione & duritie stulti ac tardi cordis ad credendum, nec ingratitude, nec persecutione Iudeorum se sinebat abduci, quin totam illorum viciniam per circuitum prædicando peragraret. Qui enim vero Zelo Honoris Divini, Salutis Animarum agitur, nullo prædictorum motetur, sed munere suo constanter, & æquè diligenter fungitur, sive magnum, sive modicum fructum percipiat; sive labores agnoscantur, & grato animo accipiantur, sive nullam gratiam, sed maledicta, & persecutiones referat. Fac, ut hoc indicium veritatis in functionibus tuis experiaris, & ut cessante laudis gratitudine, favore humano &c. à fervore tuo non remittas: ideo Christi Exemplo te ad illum excitat. Simili etiam Zelo te extimula ad Missiones, ubi oportuerit, pro Salute Animarum obeundas, quantum incommodas & laboriosas.

PUNCT. II. *Et vocavit Duodecim* (qui ipsum imitabantur, accersendo ad se, *Et capit eos mittere* Luc. 9. v. 1. Marc. 6. v. 7. Considera triplicem potissimum causam, cur Christus Discipulos suos non solitarios, sed binos miserit ad prædicandum (quem morem omnium Religiosæ Familiæ retinent) 1. Ut continuè mutuæ Charitatis exercendæ occasionem haberent solatium, auxilium, obsequium, sibi invicem præstando. Hujus longè maximam habes occasionem in Communitate Religiosa: igitur operam danda, ut utaris, & re ipsa experiaris Veritatem Oraculi Divini Ps. 132. v. 1. *Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare Fratres in unum,* Et Prov. 18. v. 19. *Frater, qui*

vatur à Fratre, quasi civitas firma. 2. Ut Apostolicæ vitæ sibi invicem testes, custodes, & continui fervoris causæ ac incitamenta essent. Nam rectè Ecclesiastes c. 4. v. 11. ait: *Væ soli, quia, cum ceciderit, non habet sublevantem se; Et si dormierint duo, fovebuntur mutuò: unus quomodo calefiet? Et si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei.* Vide, quomodo ex Religiosæ vitæ Exemplis, & Conversatione cum alijs à quotidianis lapsibus erigaris, ad fervorem Virtutis & Perfectionis inflammeris, & ad resistendum Diabolo roboreris; & quomodo tu vicissim hujusmodi emolumenta alijs præstes. 3. Ut omnibus, etiam Apostolicæ vitæ Perfectionem sectantibus, præberetur Exemplum diffidentiae sui ipsorum, & cautelæ ex Socij præsentia adhibendæ contra pericula & occasiones peccandi: ideo universos admonet S. Paulus ad Ephes. 5. v. 15. *Videte fratres, quomodo cautè ambuletis.*

PUNCT. III. *Et dabit illis potestatem Spirituum immundorum.* Marc. 6. v. 7. Sic etiam à S. Matthæo hic c. 10. v. 1. & passim in S. Scriptura dæmones vocantur; quamvis alioquin Spiritus, & immundities videantur inter se repugnare. Sed etiam videntur inter se repugnare, & malè sonare: Homo Spiritualis, & immundus. Singulariter ergo tibi cavendum est ab omni peccati immunditie; præsertim quia homines Spirituales & Religiosi specialem potestatem acceperunt spirituum immundorum, eos à se repellendi, vincendi, sibi que submittendi, ut ipsi potius succumbant ijs, quos tentant. Unde non timendum, sed implendum est illud monitum Ecclesiastici 2. v. 1. *Fili accedens ad Servitutum DEI, sta in Justitia & Timore (non Spirituum immundorum, sed in Timore DEI filiali) Et prepara Animam tuam ad tentationem.*

L

ME-

MEDITATIO CCLXXXIII

*Monita & Præcepta, quibus Christus
Apostolos instruit.*

Matth. 10. v. 5. Marc. 6. v. 8. Luc. 9. v. 3.

PUNCTUM I. *In viam Gentium ne abjeritis, & in ci-
tates Samaritanorum ne intraveritis; sed potius ite-
redes, quæ periêrunt Domûs Israël.* Matth. 10. v. 5. Dicitur
ex hoc mandato Obedientiam, & Indifferentiam, quia sæpe amotio à certo loco, & à certis personis
quando spes majoris fructûs ibi faciendi affulserat
vel missio ad certum locum aut personas, ubi minus
affulget spes fructûs, non exiguam Obedientiæ & In-
differentiæ parit difficultatem: sicut præsentis
prohibitio eundi ad Gentes, & ad Samaritanos præ-
tererat Discipulis difficilis videri; quia primùm nup-
er Viduam Gentilem, & Naaman Gentilem (apud Lu-
cam c. 4. v. 25.) ab ipso Christo audiverant præsentem
Israëlitis. Sic etiam de Centurione Gentili audiverant
dicentem (apud Matth. c. 8. v. 10) *Non inveni
tantam Fidem in Israël. Dico autem vobis, quòd multi
Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham
Isaac, & Jacob in Regno Celorum: filij autem Regni ejicientur
in tenebras exteriores.* Viderunt etiam, ut refert
Joannes c. 4. v. 39. magnam capacitatem, & prop-
titudinem Samaritanorum ad recipiendam Doctri-
nam Christi: *Ex civitate autem illa multi crediderunt
eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium
perhibentis: quia dixit mihi omnia, quæcunque feci. Cum
venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt, ut ibi*

neret. *Et mansit ibi duos dies. Et multò plures crediderunt in eum propter sermones ejus.* Oculis etiam, & auribus suis perceperant, quod Christus ipse expertus, & factus est. Luc. 4. v. 24. *Quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Unde missio ad Israëlitas, & prohibitio ad Gentes & ad Samaritanos eundi, insignem occasionem & exemplum Obedientiæ, ac indifferentiæ ad locum & personas, cum proprii judicij ac voluntatis submissione nobis præbuit.

PUNCT. II. *Euntes autem prædicare, dicentes: Quia appropinquavit Regnum Cælorum.* Matth. 10. v. 7. Disce ex hoc mandato Obedientiam in rebus difficilibus, & in quibus est periculum diminuendi honoris, æstimationis, & contemptus subeundi. Mittebantur enim homines rudes, inexperti, nullo apparatu librorum instructi, ad prædicandum ex tempore, ac ad Phariseorum crises, & judicia perferenda.

PUNCT. III. *Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mundate, dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis date.* Matth. 10. v. 8. Disce ex hoc mandato Confidentiam in DEVM, quando ea, quæ jubentur, proprias vires videntur superare; & Humilitatem, si magna præstiteris. Qui enim sibi diffidit, & DEO confidit, proprijs viribus majora præstat; & si ea præstiterit, omnia DEO, nihil sibi adscribit. Non minùs enim opus DEI est, morbos, mortem, lepram, dæmones ab Animâ dicendo pellere, quàm à corpore. Disce etiam maxima Beneficia gratis exhibere, non solum sine pretio, sed etiam sine gratitudine, laude, honore, favore &c. hoc enim est gratis dare.

MEDITATIO CCLXXXIV

Continuatio eiusdem Argumenti.

Matth. 10. v. 9. Marc. 6. v. 8. Luc. 9. v. 3.

PUNCTUM I. *Nolite possidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in Zonis vestris* (solebant enim olim Zonis appendi marsupia, five crumenæ) *non portetis in via* (sacculum scilicet viatorium, in quo viatores deferunt panes & escas) *neque duas tunicas, nec calceamenta operientia totum pedem* (nam apud Marcum c. 6. v. 9. Sandalia concessit, id est, soles pedis plantam solummodo munientes contra asperitatem, & æstum telluris accensæ calore Solis) *neque virgam* (defensionis aut vindictæ, armorum locum fervientem, quâ iudices ad designandam Potestatem judicalem utuntur: virgam autem, seu baculum viatorium Christus non tantum non prohibuit, sed expressè permisit apud S. Marcum c. 6. v. 8. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum*) Hujus verò tam rigorosæ Paupertatis, quam omnem necessarij victûs curam repelli volebat, rationem assignans ait: *Dignus est enim operarius cibum* Matth. c. 10. v. 9. Unde de Divina Providentia esse confidere jubebat; hanc enim apud Auditores, quibus Evangelium prædicarent, de cibo ipsis provisoriam, ut eum nec ipsi emere, nec portare secum necesse haberent. Considera, quantam Paupertatem Christus à Discipulis exegerit, & quàm constanter illam etiam postea tenuerint, quàmque studiosè ea posterius, ac successores illorum (saltem quoad privatam

suam personam, & quantum sine Proximi, quocum agitur, & cujus liberalitate vivitur, gravamine fieri potest) retinere debeant: ut scilicet nec pro sustentatione necessaria solliciti sint, nec superflua, neque commoda sectentur; sed contemptis rebus temporalibus, solorum Cælestium Bonorum æstimationem, curam, ac desiderium præferant, certâ Confidentia in DEVM ac Spe nixi, necessariam sustentationem nunquam ipsis defuturam.

PUNCT. II. *In quamcunque autem civitatem, aut castellum intra veritis, interrogate, quis in ea dignus sit (apud quem scilicet vos deceat divertere, quique mereatur Cælestem Evangelij Doctrinam ex vobis audire, & præstiti vobis hospitij præmium longè amplius accipere) Et ibi manete (contenti eodem hospitio) donec exeatis (civitate illa vel castello) Matth. 10. v. 11. Non dixit Christus: Interrogate, quis nobilis, quis dives, quis in alto dignitatis gradu constitutus sit; sed: quis dignus sit: hæc enim dispositio ad agendum cum Proximo respicienda, hæc non negligenda est in procuranda Salute Animarum, etiamsi cætera defint. Hanc dispositionem, scilicet ut quis dignus sit, etiam DEVS respicit, ut propter illam det specialia auxilia ad meritum quarumcunque Virtutum efficaciter obtinendum, ac ut etiam ipse dignetur in Anima hominis divertere, ipsi familiariter & ad cor loqui, & cum ipso manere. Ex ultimis verbis intelligant Religiosi, cum ad domicilium, vel locum aliquem à Superioribus suis mittuntur, sibi illic manendum esse, donec eorundem jussu inde iterum exeant, abitu nequaquam antea sollicitato.*

PUNCT. III. *Intrantes autem in domum, salutate*

L 3

eam,

eam, dicentes: Pax huic domui. Et si fuerit quidem domus illa digna, veniet Pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, Pax vestra revertetur ad vos Matth. 10. v. 12. Dicit hic Christus nihil præstantius alicui optari, & precibus à DEO postulari posse, quàm Pacem, quàm cum DEO, Proximo, & secum ipso pacatè vivit. Hanc Pacem Christus in hunc mundum ingressus per Angelos apprecatus est, hanc ipse Discipulis post Resurrectionem aliquoties eos revisens impertivit, hanc secum affert, Animam hominis ingressus. Hanc & nos efficaciter, & non solis verbis apprecemur, omnem nos operam vult impendere; quæ si deinde recepta non fuerit, ad nos revertetur, præmittit scilicet operæ præstitæ æquè promerituros, quàm Pax nostra, & Animæ Salus recepta fuisset; unde etiam si exiguum fructum vel Animarum lucrum faciamus, non est, cur nos operæ, veluti perditæ, perniteat.

MEDITATIO CCLXXXV

Continuatio ejusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. *Et quicumque non receperit vos, neque audièrit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris (addit S. Matheus c. 6. v. 11. In testimonium illis, quo scilicet testatur, se cum illis, velut DEO exotis, nihil velle commune habere) Amen dico vobis: tolerabilius erit terra & domorum, & Gomorrhæorum in die Judicii, quàm illius civitati. Matth. 10. v. 14.* Si Christi Discipulos non

ipientibus tanta mala evenient, quid fiet DEVM ipsum, & Inspirationes illius repellenti? & quid fiet tam multiplici cognitioni ac notitiæ rerum Spirituum per ipsa facta contradicenti? Monet etiam Christus, ut cum malis & perversis hominibus agentes, pulverem etiam de pedibus diligenter excutiamus, ne scilicet minimos etiam defectus, pulvere significatos, ex conversatione cum ipsis adhærere nobis sinamus. Unde sæpe nos recolligere, nos ipsos discutere, de commissis defectibus dolere, ab iisdem nos purgare, ac deinceps cavere debemus, quod idem est, ac pulverem de pedibus excutere.

PUNCT. II. *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.* Matth. 10. v. 15. Considera, quis mittat, quales mittat, & ad quos mittat. Ille, qui dicit: *Ego mitto*, est Pastor Bonus, qui Animam suam ponit pro Ovibus suis; unde magnâ in eum Fiduciâ etiam ad lupos eundum est. Qui mittuntur, sicut oves innocentes & mites esse debent. Mittuntur verò ad lupos, non tantum timendos, sed convertendos in Oves, vitæ innocentis Exemplis, persecutionum, & adversitatum Patientiâ; sic enim Oves prævalent lupis.

PUNCT. III. Ut verò hæc missio ovibus minimè periculosa, & lupis quàm maximè fructuosa sit, monet Christus: *Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columba.* Matth. 10. v. 16. Prudentiâ enim opus est in prævidendis & præcavendis periculis, & damnis propriæ Salutis ac Perfectionis, & suaviter, simulque efficaciter pertrahendis alijs ad suam Salutem ac Perfectionem. Simplicitate autem opus est tum erga DEVM per Intentionis puritatem, tum

erga Proximum, per conversationis Sinceritatem ut videat, nihil aliud quæri, quàm suam Salutem modo agendi humillimo, ac veracissimo. Prudentiæ estimationem, Simplicitas amorem & confidentiam pariet apud homines, quibuscum agendum erit.

MEDITATIO CCLXXXV

Continuatio ejusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. *Cavete autem ab hominibus &c. Tristitia autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & surgent filij in parentes, & morte eos afficient: & erunt occisus omnibus propter Nomen meum. Matth. 10. v. 17. Sic Christus vult, ut omnes homines amemus, velut ipsos; ita dehortatur ab amicitia privata ac minus ordinata, atque ab omni humana fiducia, etiam conjunctissimos, à quarum utraque ipsum caute abstinuisse, testatur S. Joannes c. 2. v. 24. dicens: *Autem JESVS non credebat semetipsum eis, eò quod non nosset omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.* In hunc finem apud Jeremiam c. 17. v. 5. *Hac dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Imò paratos nos esse oportet, à patribus, fratribus, & filiis spiritualibus (ut Religiosis Ordinibus nonnunquam contingere solet) persecutiones sustinere, & odio haberi propter Nomen Christi, nimirum pro Exaltatione Nominis illius, quod Patientiâ & Imitatione ejus gloriosum redditur, nec tam curandum est, utrum in odium Nominis Christi*

Christi aduersa inferantur, quàm utrum pro Amore
ejusdem Nominis libenter sustineantur.

PUNCT. II. *Qui autem perseveraverit usque in finem,*
hic salvus erit. Matth. 10. v. 22. Considera, quomodo
non tantum Apostolis in persecutionibus, sed omni-
bus hominibus Perseverantia necessaria sit; & quàm
parum sine ea conducant merita nostra præcedentia;
id, quod instabiles Angeli in Cælo, & innumeri ho-
mines in terra propriâ experientiâ suâ testantur.
Idcirco expendenda, & adhibenda sunt media,
quæ ad Perseverantiam maximè videntur conductu-
ra, qualia sunt consuetæ Exercitationes Spirituales,
Oratio, Meditatio, duplex Examen, Libri Spiritua-
lis lectio, abnegatio sui, executio frequens, & reno-
vatio bonorum Propositorum &c.

PUNCT. III. In prædicti Vaticinij confirmatio-
nem, & adhortationis suæ constantem executionem
adducit Christus proprium suum Exemplum, dicens:
Non est discipulus super Magistrum, nec servus super Do-
minum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus;
& servo, sicut Dominus ejus. Si Patremfamilias Beelzebub
vocaverunt (id est, vicaria ejus potestate fungentem,
eum dicerent Luc. 11. v. 15. In Beelzebub principe
demoniorum eijcit demonia) quanto magis domesticos ejus?
Matth. 10. v. 24. Si enim propria Israëlitarum Gens
nec Supremi Dominij Potestatem, nec Divini Magi-
sterij Auctoritatem, nec inter Filios DEI optimi ac
pijissimi Patrisfamilias Dignitatem, ac Charitatem in
Christo reverita est, quin odia, probra, persecutio-
nes ipsi frequenter, imò continuo inferret; non du-
bitandum est Sectatoribus Christi de Vaticinij veri-
tate; ideo solum ejus Exemplo ad Patientiam, Forti-
tudinem,

tudinem, Perseverantiam, & constantem in omnibus Imitationem sese animent, comparatione tripliciter Domini, Magistri, & Patrisfamilias, sibi tanquam minimis servis, discipulis, & filijsfamilias continenter ante oculos positâ.

MEDITATIO CCLXXXVI

Continuatio eiusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. Cùm Christus Discipulos suos ad quævis adversa, injurias, persecutiones, secundum Exemplum suum tolerandas, excitâisset, ut harum metum ipsis adimeret, asseveravit illis, quòd Innocentia illorum per ignorantiam oppressa, mala omnino ipsis occultè illata, Patientiæ, Fortitudinis, ac Perseverantiæ in abscondito relata trophæa, aliquando toti mundo cum magna Gloria illorum sint manifestanda. *Nihil enim, inquit Matth. 10. v. 26. est occultum, quod non revelabitur; & occultum, quod non sciatur.* Noli ergo ipse Innocentiam tuam, & laude digna opera, ac merita tua per jactantiam aut gloriationem in hac vita alijs manifestare, sed desidera potius latere; quia suo tempore nihil erit opertum, vel occultum, quod non revelabitur ac sciatur. Sicut econtrario omnia mala occultè cogitata, dicta, & facta toti mundo pendentur. Ab omnibus ergo abstine quæ verecundiam & ruborem incutere possunt.

PUNCT. II. Quia omnia Christi colloquia erant Sanctissima, & utilissima, ideo non tantum non reformidavit, ea alijs manifestari, sed ad hanc ipsam

manifestationem intrepidè faciendam hortatur, & metum eximit. Talia sint omnia tua verba, ac dicta, ut ea citra omne tuum damnum, & Proximi offensam, vel scandalum cuilibet referri ac manifestari possint. Quemadmodum nimirum Christus Discipulis suis dixit: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, predicare super teſta.* Matth. v. 27.

PUNCT. III. *Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, Animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & Animam & corpus perdere in gehennam.* Matth. v. 28. Aliam causam timoris à Discipulis suis repellendi affert Christus in prædictis verbis, 1. ex imbecillitate & infirmitate hominum, ob quam omni sua malitia, malevolentia, odio, persecutione nihil possunt nobis per illata mala nocere, etiamsi bona omnia externa, famam, honorem, ipsamque vitam abstulerint; quia hæc damna potius lucra sunt: *Momentaneum enim & leve tribulationis supra modum æternum Glorie pondus operatur in nobis.* 2. Cor. 4. v. 17. Hinc ob metum hominum nullum malum à nobis est faciendum: nullum bonum, quod videbitur necessarium, vel magis expediens, intermittendum: nulla assentatione illorum gratia est aucupanda. 2. Ex levitate malorum temporalium, etiam corpori nostro illatorum; eò quòd, ut dictum est, nobis magis profint, quàm obfint; & quòd corpus in comparatione Animæ minimi sit æstimandum. Unde pro evitandis Animæ malis libenter sustineamus corporis afflictionem; imò eandem nobis ipsis inferamus per opera, quibus sancto & laudabili Odio nos ipsos persequimur.

MEDI-

MEDITATIO CCLXXXVI

Continuatio ejusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. Exempto ex animis Apostolorum metu adversorum & persecutionum, propter fidem ferendarum, excitat illos ad Fiduciam in Deum patrem suum, & ad seipsum, dicens Matth. 10. *Nonne duo passeret asse vaneunt, & unus ex illis non cadit super terram sine Patre vestro? vestri autem capituli pitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multi scribis meliores estis vos.* Ex comparata vilitate patris cum Excellentia & Amabilitate Filij DEI, & consequenter ex comparata Providentia Patris Caeli erga unum passerem, & erga Filium DEI adoptivum per Gratiam ostendit Christus, quantam Fiduciam in Divinam Providentiam ferri debeamus, utpote in externo effectu sine comparatione majoris erga nos, quam erga passerem, erga quem nunquam deest. Unde quaelibet adversa, non tamquam ex malevolentia hominum illata, sed tamquam ex Divina Providentia in nostram specialem utilitatem procurata, vel permissa suscipienda sunt: & quidem non tantum in rebus majoris momenti, sed etiam in levissimis, vel minimis, ita ut neque unus capituli demi aut infringi nobis possit, nisi consentiente mantissimi Patris Providentiâ. *Scimus autem, quoniam diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, ipsi secundum propositum vocati sunt Sancti. Rom. 8. v. 28.*

PUNCT. II. Paternæ Providentiæ jam per

iplam promptæ ac paratæ addit, & appromittit Christus suam apud Patrem efficacissimam intercessionem pro omnibus, qui ejus Doctrinam, & professionem Doctrinæ verbis, facto ipso, & imitatione non erubuerint: *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & Ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & Ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est.* Confessio hæc à nobis debet fieri Corde, Ore, & Opere, ut omni modo Servos, Discipulos, & Filios familias Christi nos profiteamur; ne de nobis quoque dici possit illud S. Paul. ad Tit. c. I. v. 16. *Confitentur se nôsse DEVM, factis autem negant.* An non his sæpius Christum, quam S. Petrus, negasti? A Christo autem fiet confessio nostrî, dum nos confitebitur ut Servos suos in ordine ad Mercedem; ut Discipulos suos in ordine ad Præmium; ut Filios suos in ordine ad Hæreditatem, ut simus Hæredes DEI, Cohæredes autem Christi.

PUNCT. III. Præter Confidentiam ad DEVM & ad Christum in adversis, fundatam in Providentia Patris, & Filij apud Patrem intercessione ac attestatione de nobis, exigit Christus etiam Resignationem & Conformationem nostræ voluntatis cum prudenti & suavi Dispositione Christi in sustinendis varijs persecutionibus & adversis, quæ etiam à conjunctissimis nobis inferri possunt; vel in pace, ac prosperitate vitæ temporalis undecunque turbanda. *Nolite arbitrari, quia Pacem venerim mittere in terram: non veni Pacem mittere, sed gladium (id est bellum continuum) Matth. v. 34. ut sic occasione continua Victoriæ nostrî ipsorum, præsertim Voluntatis nostræ, reportemus Coronam: Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi legitimè certaverit. 2. Tim. 2. v. 5.* MEDI-

MEDITATIO CCLXXXII

Continuatio ejusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. Quia Christus præviderat, propter Fidem Evangelij, & propter Sanctitatem Christianæ multas persecutiones etiam à proximis Consanguineis illatum iri, præmonere & præmonere voluit Discipulos suos, & in horum persona omnium domesticos, dicens: Matth. 10. v. 36. *Inimici hominis domestici ejus.* Quæ enim major potest esse inimicitia, quàm à Fide & vera Sanctitate aliquem velle abducere quantumvis sub specie amoris, pietatis, & proximitatis conjunctionis? Tales domestici inimici sunt ipsa carnis propria caro & sanguis, & omnes potentie sensitivæ, & passiones animi, quæ sub specie justitiam propriam summam in nos inimicitiam exercent quia à maximis ac æternis Bonis retrahunt, ac in mala opposita impellunt. Itaque tum erga consanguineos, tum erga propriam carnem ac sanguinem appetitum nos geramus tanquam erga inimicos, pugnando illis, quando à vitæ Sanctitate impellunt nos conantur.

PUNCT. II. Ne amore consanguineorum quispiam ad ullum peccatum induci, vel à virtute induci se sineret, perrexit Christus dicere: *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.* Considera ergo, quid sit, & quàm indignum sit, patrem, matrem, filium, aut filiam plus diligere, quàm Christum nempe illorum beneplacitum Christi Beneplacitum

præferre, vel ad committendum malum, vel ad
omittendum bonum. Unde longè indignius est,
alios homines, non ita proximè junctos, nec bene
meritos, nec forsan etiam bene merituros de nobis,
Christo modo prædicto præferre cum proprio & nun-
quam reparabili damno. Quantum autem damnum
est, factum esse non dignum Christo, scilicet Redem-
ptore, Domino, Magistro, imò DEO ipso; & sic re-
pelli à Christi Meritis, Servitute, Disciplina, & ab
omnibus ejus Attributis Divinis, præsertim Potentia,
Sapientia, Providentia, Bonitate, Misericordia, Cle-
mentia, ac denique ab ultimo Fine nostro?

PUNCT. III. Ne ergo ullum hominem Christo
per amorem præferamus, sic diligamus Proximum,
ut ratio amoris nostri ultimata sit Christus. Hic
enim valet illud Sapientum adagium: Propter quod
unumquodque tale, illud magis tale. Ideo ulterius
dixit apud Matth. c. 10. v. 40. *Qui recipit vos, me reci-
pit* (Legatus enim repræsentat personam legantis,
adeoque Apostoli repræsentant personam Christi)
*Et qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Qui recipit
Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ acci-
piet; & qui recipit Iustum in nomine Iusti, mercedem Iusti
accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis
calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine Discipuli: amen di-
co vobis, non perdet mercedem suam.* Quibus verbis te-
statur Christus, quòd amor exhibitus Prophetæ Chri-
sti, vel Iusto sive Amico DEI, vel cuicumque homini
in gratiam Discipuli Christi, ultimatè referatur in
ipsum Christum; propterea à se redditum iri merce-
dem, quam meretur receptio Prophetæ Christi, facta
nempe Prophetæ propter Christum, quia Christi
Propheta

176 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum*
Propheta est: aut facta Iusto, quia Christi Amicus
est.

MEDITATIO CCXC

Continuatio eiusdem Argumenti

Matth. 10.

PUNCTUM I. Sicut Christus prius docuerat, quomodo
modo ordinanda sit Charitas erga consanguineum
& erga Proximum qualemcunque; ita nunc docet
quomodo Charitas ordinanda sit ab unoquoque
sibi erga seipsum. Itaque dicit apud Matth. c. 10.
v. 38. *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non*
est me dignus. Quomodo autem accipere crucem suam
& sequi Christum, sit verè & ordinatè seipsum
accipere, patebit ex sequentibus. Nunc in re relatis
considera, quid sit accipere crucem, & quidem suam
crucem; & quò, ac quomodo sequi oporteat Christum.
Ille ergo accipit crucem, qui se cruci
subducit, cum potest: vel qui, cum se subducere
non potest, eam de manu DEI acceptat, & voluntatem
suam Divinæ perfectè conformat. Ille verò accipit
suam crucem, qui eam fert, quam DEVS ab ipso exigit
vel imponit; & non, quam ipse eligit. Qui si eam
etiam ferat usque ad mortem, & eo modo ferat, quem
Christus tulit, is profectò Christum sequitur. Quod
Christi autem, nempe à Christo cuiusvis homini
applicata, est imprimis illa, de qua ipse dixit: *Iugum meum*
suave est, & onus meum leve. Deinde est asperitas vite
eiusvis Vocationi & Statui conveniens: denique
quævis adversitas à DEO homini immissa, vel peccati

missa. Hanc crucem qui non accipit, & Christum sequitur, non est illo dignus, ut sit ejus Servus, Discipulus, & Cohæres.

PUNCT. II. *Qui invenit Animam suam, perdet illam.* Matth. 10. v. 39. Considera, invenire Animam, idem esse, ac quærere, & assequi omne id, quo Animæ potentia delectantur, vel refugere id, quod averfantur; sicut autem immoderata voluptate cibi ac potûs tollitur vita corporis, ita potentiarum immoderata oblectatione, vel expletione appetitûs sensitivi, & amoris proprii tollitur vita Animæ, & incurritur pæna, quam DEVS intemperantiæ gustus comminatus est. Gen. 2. v. 17. dicens Adamo: *Quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Et sicut matres immodico amore perdunt filios suos; sic homo perdit Animam suam per similem proprii amoris indulgentiam; & hoc est, seipsum perditè amare. Verùm *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, Anima verò sua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro Anima sua?* Matth. 16. v. 26. Anima enim est sui ipsius pretium; da illam, ut recipias eam.

PUNCT. III. *Et qui perdiderit Animam suam propter me, inveniet eam.* Matth. 1. c. Perdere Animam suam idem est, ac Amore Christi relinquere, quidquid potentias Animæ contra Divinum Beneplacitum delectat; & admittere, quidquid juxta Divinum Beneplacitum Animæ potentias cruciat. Sic autem perdere, est invenire Animam suam; acerbæ enim medicinae & aspera remedia Salutem afferunt non solum corpori, sed & Animæ; suavia autem & dulcia utriusque nocent. Nam *Qui mel multum comedit, non est ei ba-*

M num.

178 *Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum*
num. Proverb. 25. v. 27. Ideo rectè inquit S. Greg.
hom. 37. *Tunc etenim bene nostram Animam odimus, eius*
eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur,
quæ ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium am-
tur. Ita odio habuerunt & perdiderunt Animas sui
Sancti Martyres; & Christus ita de se dixit. Joan.
10. v. 17. *Ego pono Animam meam, ut iterum sumam eam*

MEDITATIO CCXCI.

Prædicatio Christi per Galilæam,
eiúsque fama ad Herodem perlata.

Matth. 11. v. 1. & 14. v. 1. Marc. 6. v. 14.

PUNCTUM I. *Et factum est, cum consummasset JESVS*
præcipiens duodecim Discipulis suis, transiit inde, ut do-
ceret, & prædicaret civitatibus eorum. Matth. 11. v. 1.
Ex his verbis colligitur, & considerandum proponi-
tur, quòd instructio, Viris Apostolicis à Christo tra-
dita, fuerit consummata, id est, fuerit plena, inte-
gra, ac perfecta instructio, & habuerit non meram
rationem Consilij, sed etiam Præcepti. Sicut ego
consummavit JESVS præcipiens; sic tu consumma-
sequens: Christo enim consummata Obedientia debet
tur, id est, plena, integra, perfecta, usque ad finem
quo simul vita absolvitur.

PUNCT. II. Considera duas potissimum fuisse
Christi functiones, *Docere, & Prædicare*: Quanti ergo
à te æstimandæ sunt? quanto studio, & præparatione
suscipiendæ ac prosequendæ? Nihil enim præstantius
nihil ad DEI Gloriam & Proximi Salutem promovendum

dam utilius est, quàm docere & prædicare, si id verbo simul & factis fiat, idque gratis, ut præceperat Christus apud Matth. c. 10. v. 8. tunc enim DEVS Præmium & Minerval ingens rependet: quia *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.* Matth. 5. v. 19. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor Firmamenti: & qui ad Justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates* Dan. 12. v. 3. Itaque ad docendi, & prædicandi munus utiliter obeundum Doctrinam & Virtutem omni studio tibi procura, atque in eodem tibi commisso omnem diligentiam adhibe: est autem istud suo modo omnibus commissum, ut saltem piis Colloquijs & bonis Exemplis Proximum instruant: ideo S. Paulus ad Colofs. c. 3. v. 16. scribit: *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni Sapientia docentes, & commonentes vosmetipsos &c.*

PUNCT. III. Dum Apostoli secundum datam sibi instructionem à Christo, ipsèque Christus partim per Apostolos, partim per seipsum, appropinquationem Regni Cælorum, & pro illo obtinendo Pænitentiam prædicant, Doctrinamque suam Miraculis, & Virtutum suarum Exemplis confirmant, Christi fama ad Herodem Galilææ Tetrarcham penetravit, teste Marco c. 6. v. 12. *Et exeuntes prædicabant, ut Pænitentiam agerent; & demonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant. Et audivit Rex Herodes (manifestum enim factum est Nomen ejus) & dicebat: quia Joannes Baptista surrexit à mortuis, & propterea Virtutes operantur in illo &c. Quem ego decollavi Joannem, hic à mortuis resurrexit.* Considera, quòd, etsi errârit Herodes, supponendo dari transmigrationem physicam & realem Animarum in alia corpora, in sensu tamen

morali fieri possit, ut Animæ Sanctorum in Cælo
gentes, imò ipsius Christi Anima, in corpora nobis
transeant, & in nobis resurgant: si nimirum ipsarum
Virtutes imitemur; hoc sensu Christus de S. Joanne
dixit. Matth. 11. v. 14. *Ipse est Elias.* Et S. Paulus
se Gal. 2. v. 20. *Vivo autem jam non ego; vivit vero
me Christus.* Sic fac Sanctos, & Christum ipsum in
resurgere; æquum enim est, ut, quia Christus à te
pro te occisus est, in te, & per te resurgat.

MEDITATIO CCXCII

De Morte S. Joannis Baptista.

Marc. 14. v. 3. Marc. 6. v. 17. Luc. 3. v. 19.

PUNCTUM I. Occasione opinionis, quòd Herodes
ut in præcedenti Meditatione dictum est, aucto
Miraculis Christi & Discipulorum ejus putaverit
eo revixisse, ac resurrexisse Joannem Baptistam.
Matthæus, & S. Marcus referunt ejusdem S. Joannem
mortem, quamvis neuter exprimat tempus, quo
contigerit (quod Cornelius à Lapide in c. 6. S. Mar-
ci ostendit fuisse circa finem anni trigesimi seculi
Christo nato) relatis enim verbis Herodis: *Quem
decollavi Joannem, hic à mortuis resurrexit:* subjungit
Marcus c. 6. v. 17. *Ipse enim Herodes misit, ac tenuit
nem, & vinxit eum in carcere propter Herodiam uxorem
Philippi fratris sui; quia duxerat eam. Dicebat enim
nes Herodi: non licet tibi habere uxorem fratris tui* (ad
S. Lucas c. 3. v. 19. quòd illum etiam corripuerit
omnibus malis, quæ fecerat Herodes) *Herodias autem
diabatur illi, & volebat occidere eam.* Idem voluisse H
roder

rodem, instigatione nimirum Herodiadis, testatur S. Matthæus c. 14. v. 5. Duo hîc consideranda proponuntur, unum imitandum, alterum devitandum. Primum est Exemplum correctionis fraternæ sine respectu humano ad dignitatem & potentiam personæ, præsertim quando ex officio teneris eam corrigere; tunc enim oportet esse Vocem clamantis, & non obmutescere, ac dissimulare. Alterum est odium correctoris, cui potius amor & gratiarum actio, & auscultatio debetur; sicut quando aliquis de errore itineris, de macula in vultu, de periculo vel damno, ex actione aliqua secuturo, benevolè ab aliquo admonetur.

PUNCT. II. Considera, Herodem non statim ausum esse exequi voluntatem suam, & Herodiadis adversus Joannem: nam teste Matthæo c. 14. v. 5. *Volens eum occidere, timuit populum; quia sicut Prophetam eum habebant.* Et teste S. Marco c. 6. v. 20. *Herodes metuebat Joannem, sciens, eum Virum Justum & Sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* (unde colligitur, solùm propter instigationem Herodiadis voluisse occidere) Quia tamen metus iste fuit merè humanus, ideo facilè per alium fortio-rem metum displicendi uxori, filiæ, & convivis mensæ regis superatus est, & in necem consensit. Sic qui solùm ex metu humano absterrentur à malo, constantes non sunt, & facilè alio metu fortiore vincuntur. DEUM ergo time, & ama super omnia: & sic nec opus habebis cohiberi timore hominum; nec superari poterit timor & amor tuus.

PUNCT. III. Considera, quanta sit vis Justitiæ & Sanctitatis: nam propter eam timuit Tyrannus in-

mem, captivum, & vincitum Joannem : imò liber etiam reprehensiones & correctiones ab eorum acceptavit, & multa crimina emendavit. Hinc ergo auctoritatem tibi apud homines, hinc verbis pondus & gratiam concilia potius, quam ex doctrina, modo vivendi agendique minus religioso, conniventia & adulatione. Libenter etiam, & cum seria emendatione defectuum tuorum reprehensiones audi, ne in hoc ab impijssimo Herode supereris.

MEDITATIO CCXCIII

Continuatio ejusdem Historiæ

PUNCTUM I. *Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & Tribunis Primis Galilææ. Cùmque introisset filia Herodiadis, & tasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus, ait puellæ : pete à me, quod vis, & dabo tibi, licet dimidium Regni mei.* Marc. 6. v. 21. Considera imprudentiam promissionis, tam ex parte rei promissæ pro merito quodam levissimo, quam ex parte promissionis precipitis, inconsideratæ, inter pocula, & ex inordinato quodam gaudio factæ, cujus deinde Herodem pernituit cum tristitia. Procul sit à te hujusmodi imprudentia in verbis & promissis tuis ; ne quid imprudenter, inconsideratè, præcipitanter, vel ex inordinato affectu gaudij, amoris &c. dicas, vel spondeas, cum difficultates, & damna emergentia non prævident. Sicut autem promissio Herodis fuit imprudens, & immoderata, sic tamen etiam fuit adhuc restricta ad dimidium Regni. At Cælesti Regi Cœnam facientem Sancti

Sanctis suis, cujusvis Animæ, per Gratiam in Filiam adoptatæ, saltus & progressus in Virtute ita placet, (prout ipse testatus est in Canticis c. 7. v. 1. dicens: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, Filia Principis*) ut pro quovis gressu, sive Opere bono in Gratia facto, & ab hac, atque à meritis Christi, ad virtutem æterna promerendi præmia elevato, prudenter, & illimitatè, non dimidium, non terrenum, sed integrum, sed Cæleste Regnum promittat, & certò conferat.

PUNCT. II. *Quæ cum exisset, dixit matri suæ: quid petam? At illa dixit: caput Ioannis Baptistæ. Cùmque introisset, statim cum festinatione ad Regem, petivit dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Marc. 6. v. 24. Considera 1. sicut puella, usâ consilio matris pessimæ, rem pessimè gessit; sic ut rem optimè geras, optimis consilijs Virorum prudentum semper utendum esse. 2. Considera, sicut in promittendo, sic etiam in exequendo præcipitantix fructum esse imprudentiam, quam commisit puella cum Herode, *statim cum festinatione, protinus*, petens & obtinens caput Joannis Baptistæ. 3. Considera, quòd, sicut Caro nostra nobis idem est, quod Eva fuit Adamo (& ideo ea vocatur Eva nostra) sic etiam Herodias nobis fit caro nostra: quam proinde si in consilium adhibemus, inutilia & noxia, ac perversa petere & concupiscere nobis suadet, neglectis Bonis maximis, Cælestibus, & Æternis; sicut Herodias suasit peti caput Joannis Baptistæ, neglecto dimidio Regni Herodis: & sicut caput impiè amputatum, atque obtentum nihil nisi horrorem & animi perturbationem generavit; ita cùm malè concupita

obtainentur, horrorem & perturbationem animi posse se relinquunt.

PUNCT. III. *Et contristatus est Rex; propter irascendum, & propter simul discumbentes noluit eam contristari: sed misso spiculatore præcepit afferrī Caput eius in deserto & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.* Marc. v. 26. Noli imitari Herodem, sicut multi faciunt, quod imprudenter cæperunt, majori imprudentia ad finem & executionem perducunt: a cæcibus malitiam honestatem Religionis, vel aliarum Virtutum præcedunt: alios nolunt contristare, & ipsi remota Conscientiæ, ac tristitiam ex mala operatione habent.

MEDITATIO CCXCIV

Apostoli ab Evangelij Prædicatione redeunt ad Christum, qui in deserto quinquaginta hominum millia reficit.

Marc. 6. v. 30. Luc. 9. v. 10. Matth. 14. v. 13.
Joan. 6. v. 1.

PUNCTUM I. *Et convenientes Apostoli ad IESUM renuntiaverunt ei omnia, quæ egerant & docuerunt.* Marc. 6. v. 30. Ea autem retulit S. Marcus v. 12. ait: *Exeuntes prædicabant, ut Penitentiam agerent: & signa multa eiciebant, & ungebant oleo multos agros, & sanabant.* (quæ unctio erat typus & dispositio ad Sacramentum extremæ Unctionis à Christo postea institutum) Ex hoc Apostolorum ad Christum reditu, & gestorum manifestatione discant subditi, & Superioribus rationem reddere omnium suarum actionum.

tionum, & propriæ etiam Conscientiæ, ac modi, quo officia sua administrant. Præterea ne nimium curâ alienæ Salutis distrahantur viri Apostolorum munere fungentes, intervallis divinis, hebdomadarijs, mensuris, semestribus, annuis, ad Christum per aliquam Spiritualem Recollectionem, & quietem animi revertantur, & quomodo se in functionibus suis gerant, DEO rationem reddant, statum Animæ suæ inspicientes, ac pendentes. Ideo Christus Apostolis ad se reversis dixit. Marc. 6. v. 31. *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.*

PUNCT. II. *Post hæc* (postquam scilicet JESVS ascendit è Galilæa Jerosolymam, & ibi multos infirmos sanavit) *abiit IESVS trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis* (ut suos Discipulos duceret seorsum in desertum, ibique pusillum requiescerent) *Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Subiit ergo in montem IESVS: & ibi sedebat cum Discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies Festus Iudaorum. Cùm sublevâisset ergo oculos IESVS, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, ut manducent hi? hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex Discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes, ordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Joan. 6. v. 1. Vult DEVS in omnibus rebus & actionibus, quas per homines efficit, quemadmodum in præfenti exemplo videmus, ut primò agnoscant suam infirmitatem, tenuitatem, atque insufficientiam; inde autem*

autem concipiant Diffidentiam suam, & Confidentiam in DEVM, dicerentque cum S. Paulo possint 2. Cor. V. 4. *Fiduciam autem talem habemus per Christum DEVM: non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex DEO est.* Atque hæc cognitio propriæ insufficientiæ est verissima, singulare Donum DEI. Unde etiam Salomon Sap. V. 21. inquit: *Scivi, quoniam aliter non possem esse continens, nisi DEVS det, & hoc ipsum erat Sapientiæ, cuius esset hoc Donum.* Præterea vult DEVS, ut adhibeamus vires, & illa media insufficientia, quæ dat, adhibeamus: licet enim in prædicto Exemplo potuisset Christus se solo sufficientes panes & pisces ex nihilo, & ex copioso ibi existente fœno procreare; nihilominus voluit, ut illi panes & pisces, quantumvis insufficientes, sibi afferrentur. *Dixit ergo IESVS, facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia (uxorum autem & liberorum forsitan longè plurium non fit mentio: quia Viri uxoribus & liberis de sua portione providere & communicare debebant). Accepit ergo IESVS panes, & cum Gratias egisset (nam etiam promittit dico, quod DEVS nobis dat, Gratias agere debemus, ut id ipsum multiplicet) Distribuit discumbentibus (per manus suorum Discipulorum) Similiter & de piscibus, quantum volebant.* Sic ergo quod habemus omnes scilicet vires nostras conferre debemus; Deus enim supplet tantum imbecillitatem nostram, & requirit media à nobis ordinaria: *Faciendi itaque, quæ in se est, DEVS non denegat Gratiam.* Unde ut possit aliquid boni cogitare, ut possis esse continens & continens propriæ naturales, & media ordinaria Gratiæ Dei auxilianti conjungi debent.

PUNCT. III. *Ut autem impleri sunt, dixit Discipulis suis: Colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum, ex quinque panibus ordeaceis, quæ superaverunt his, qui manducaverant. v. 12.* Ista multiplicatio, ut tot homines satiarentur, & tot fragmenta redundarent, facta est per ipsam actualem distributionem. Unde si modicum quidem habes, & illud indigentibus liberaliter communicas, id ipsum per DEI Benedictionem tibi multiplicabitur; sive istud sint bona quædam corporalia, sive Spiritualia, ut vires animi, & Scientia. Lumina etiam Spiritualia tempore Meditationis, Lectionis &c. percepta, fragmenta quædam sunt, quæ in libellum colligenda sunt, ne pereant; præsertim si sint solidus panis Animæ. De piscibus autem non dicitur aliquid superfuisse, quia nutrimenta necessaria potius, quàm gulæ oblectamenta in futurum usum reponenda sunt; & in cibo capiendo magis necessitati, quàm voluptati serviendum.

MEDITATIO CCXCV.

Christus orat in Monte, ac Regios honores fugit.

Marc. 6. v. 45. Matth. 14. v. 22. Joan. 6. v. 15.

PUNCTUM. I. *Et statim coëgit (Matthæus dicit: compulit) Discipulos suos ascendere navim, ut præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum.* Marc. 6. v. 45. Considera 1. Sicut nos homines, etiam si omnia, quæcunque erga Proximum præstamus, acceperimus à DEO, & solum simus ministri atque

que dispensatores Mysteriorum DEI, tamen ab hominibus pro functionibus nostris gratitudinem, laudem, honorem, obsequia, remunerationem expectamus. Sic Apostoli, etiamsi non sua Virtute, sed Christi Potentiâ in manibus suis multiplicatos panes populo distribuerint, poterant à populo aliquid prædictorum expectare; & ideo statim, ne quidquam reciperent, Christus illos coëgit & compulit navem ascendere. Considera 2. ac inverte similitudinem. Sicut Apostoli, distribuentes à Christo multiplicatos panes, imprudenter quidquam sibi scripsissent, aut aliquid prædictorum expectassent, vel desiderassent; sic etiam, si DEVS multa & præciosa per nos erga Proximum præstet, dum docemus Scholis, prædicamus in Templis, vel alijs officijs egregiè fungimur, pari imprudentia nobis quidquam adscribimus, aut quidquam ab hominibus expectamus. Itaque non ægrè feramus, si post præclare præstita in uno loco, statim aliò mittamur, & si à nemine quidquam gratitudinis recipiamus. Non enim nostra, sed aliena dedimus; & si quid meriti sumus, non ab hominibus præmium recipiamus, sicut nec Christus Regium honorem sibi deferendum acceptavit, sed à Patre Cælesti, laborum & Beneficiorum Proximo præstitorum remunerationem expectavit; apud quem nec pro potu aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli dato, perdemus mercedem.

PUNCT. II. *Et cum dimisisset eos, abiit in montem orare.* Marc. 6. v. 46. Ecce Discipulis & turbâ prius dimissis, noctis silentio, in montem post diurnam de fatigationem ad orandum Christus ascendit: quo exemplo nos docet, consuetum Orationis, & Spiritualium

tualium Exercitationum pensum, officiorum nostrorum functionibus impeditum, proximo tempore compensare; & ut Oratio attentè ac devotè peragi possit, negotia nostra componere, distractionum turbam dimittere, tempus & locum opportunum Orationi deligere, ac in montem, mentis super omnia terrena elevatione, ascendere.

PUNCT. III. Aliam causam ascensûs Christi in montem indicavit S. Joannes. c. 6. v. 15. *JESVS* ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Ideo nempe populum prius dimisit, & mox in montem fugit, ut animo à turba hominum segregato, & ad Cœlestia elevato Orationi vacaret, & mundani Regiminis honorem sublimiore mente despiceret. Ideo autem dicitur in montem fugisse solus, quia pauci sunt, qui cum Christo honores despiciunt. Fuge ergo & tu in montem solus, superior aliorum hominum judicijs, & honoris appetitu.

MEDITATIO CCXCVI.

De Sedata nocturna maris tempestate.

Matth. 14. v. 24. Marc. 6. v. 47. Joan. 6. v. 18.

PUNCTUM I. *Et dimissâ turbâ* (quam quinque panibus & duobus piscibus miraculosè multiplicatis refecerat) *ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. Navicula autem in medio mari iactabatur fluctibus* (in quam scilicet compulit JESVS Discipulos ascendere, & præcedere eum trans fretum) *erat enim contrarius ventus.* Matth. 14. v. 23. Sic postquam

quam Christus in Cælum, velut in montem, cum Patre Cælesti acturus ascendit, respicit nos in medio maris hujus procellosæ vitæ tribulationibus, & tentationibus, veluti contrarijs ventis jactatos. Sicut ergo Christus amantissimos suos Discipulos, quos ipse in nauiculam compulerat, permisit à contrarijs ventis in medio mari jactari, ubi nec tempestatem effugere, nec arte & viribus suis superare potuissent, nisi ipse Creatione sua ad Patrem eos juvisset, ac deinde etiam ventos, & mare compescuisset; ita quos in suam disciplinam, & in Ecclesiæ ac Religionis naviculam vocat, & Vocationis efficaciam compellit, finit varijs tribulationibus, ac tentationibus agitari. Ideo hos monet Ecclesiasticus c. 2. v. 1. *Fili accedens ad Servitium DEI, sta in Justitia, & Timore, & prepara Animam tuam ad tentationem, deprime cor tuum, & sustine &c.* Sed cum fide in Christum, ille scit, & videt, quid tecum agatur; Salutem & causam tuam agit apud Patrem, & jactari finit, mergi non finit.

PUNCT. II. *Quarta autem vigilia noctis* (in tribulationibus enim vigiliis, seu mutationes excubiæ solentur noctes longiores dividi) *venit ad eos ambulans super mare.* Matth. 14. v. 25. Addit S. Marcus c. 6. v. 48. *Et volebat præterire eos.* Pergit S. Matthæus: *Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt dicentes: Quis phantasma est. Et præ timore clamaverunt; statimque Jesus locutus est eis: Habete Fiduciam: Ego sum, nolite timere.* Ex dilatione adventus Christi usque ad quartam vigiliam, & ex simulatione volentis præterire colligitur, DEVM ad probandam nostram Patientiam Longanimitatem, & Fiduciam, non statim liberari à tribulatione, vel tentatione, imò simulare, quæ

vellet nos præterire, ac deserere; & quamvis nobis auxilio suo præsens sit, hoc ipsum tamen à nobis non agnosci. Ne ergo in hujusmodi casu animo cadamus, sed credamus Prophetæ Habacuc dicenti: C. 2. v. 3. *Si moram fecerit, expecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit.* Sicut enim Christus tandem venit ambulans super mare; sic tempore, & modo aderit nobis, quo minimè fieri posse putabamus. Itaque constanti Fiducia clamemus ad ipsum, & in tempore necessitatis loquetur nobis ad cor, manifestabit nobis suam Præsentiam in tribulatione, & pellet omnem timorem & tempestatem.

PUNCT. III. *Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni.* Matth. 14. v. 28. Hinc patet, quantam Fiduciam præferet cognitio Divinæ Præsentia, ut tribulationum, ac tentationum procellosum mare non tantum non timeamus; sed ultrò petamus in illud immiti. Præterea colligitur, quàm hoc desiderium placeat DEO, per illud ad se nos vocanti, & danti simul virtutem, innoxio pede veniendi.

MEDITATIO CCXCVII.

Continuatio ejusdem Historiæ.

PUNCTUM I. *Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad JESVM. Videns verò ventum validum, timuit, & cum cepisset mergi, clamavit dicens: Domine salvum me fac.* Matth. 14. v. 29. Vide, quanta sit Gratia & efficacia Divinæ Vocationis, adeo ut ea adjuvante etiam illa, quæ vires nostras superant, mox

mox effectui dare possimus (si DEVS ad similia n
 vocet) & sicco etiam vestigio aquas pertransire, m
 dò firmâ Fiduciâ Divinæ Gratix nitamur ; tant
 enim possumus, quantum illi confidimus : unde t
 tum ob defectum Confidentix Petrus cæpit mer
 quod ipsum tamen considerandum est, profuisse
 tro, ut ex hac inchoata mersione suam infirmitate
 agnosceret, & Christi Auxilium ardentius invocaret.
 Sic etiam bonum est Justis, si periculosè illos DEVS
 tentari permittat, & in venialia peccata labi sin
 ut incipiant mergi. Sic namque & ipsi suam infir
 mitatem agnoscunt, atque indigentiam Divini Aux
 liij ; idque majori cum Humilitate, & fervore petunt
 dicentes singuli : *Domine, salvum me fac.*

PUNCT. II. *Et continuo JESVS extendens manum
 suam, apprehendit eum : & ait illi : Modicæ fidei, quare
 dubitasti ? Matth. 14. v. 31.* Ecce DEVS similiter auxilium
 tem Manum continuo, sive statim extendit, quantum
 mum opem illius inclamamus : & nos tamen ad ipsius
 Vocem, & Imperium exequendum tardè manum
 tendimus. Tardè etiam Opem illius invocamus, in
 bus nostris vel creatis subsidijs confisi. Parùm enim
 grati & memores sumus, quòd in Cruce Manus
 Pedes extenderit, vel crudelissimè extendi sibi pe
 miserit, & apprehenderit nos, ne periremus
 num. Et nos tamen pro nostra Salute sæpe pe
 extendere manus ad Opus bonum, vel ad DEVM. Con
 sidera, etiam S. Petrum Christo, dubitationis causa
 requirenti, non ausum esse respondere : Quia in
 ventum validum : nulla enim difficultas vel pericu
 lum sufficiens causa est diffidentix erga DEVM.

PUNCT. III. Considera, quomodo S. Petrus
 pra

stuti sibi auxiliij experienciâ, & ex reprehensione suæ prioris diffidentia profecerit. Nam cum Christus post Resurrectionem ex ingenti captura piscium à S. Joanne agnitus fuisset in littore stans, & Joannes, ut ipse refert c. 21. v. 7. dixisset: *Dominus est; Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.* Ecce non amplius expectat jussionem vocantis, nihil dubitans de Voluntate Christi, ad juvandum paratâ, nihil metuit, sed plenus Fiduciâ rursus ambulat super aquas. Sic ex prioribus tuis defectibus, & reprehensionibus illorum stude in eorum oppositis Virtutibus proficere, & temetipsum emendare. Sic etiam per experientiam Divinæ erga te Providentiæ, Bonitatis, Auxiliorum, & Gratiarum firmam in DEVM Fiduciam concipe.

MEDITATIO CCXCVIII.

Continuatio ejusdem Historiæ.

PUNCTUM I. Considera fructum ex superata tempestate, & ex Christi Præsentia ab Apostolis relatum. Dicit enim S. Marcus c. 6. v. 51. *Et ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus: & plus magis intra se stupebant: non enim intellexerunt de panibus: erat enim eorum obcæcatum.* Addit S. Matthæus c. 14. v. 33. *Qui autem in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum, dicentes: Verè Filius DEI es.* Itaque per experientiam suam didicerunt Apostoli, quàm periculosum sit, esse procul à Christo; quàm securum autem, & tranquillum sit, secum habere Christum in navicula cordis,

N vel

vel etiam memoriæ, semper sibi Christum præse-
tem statuentis. Præterea experti sunt, quanto ma-
gis profint adversa, quàm prospera. Cùm enim pa-
nibus liberaliter & ad abundantiam reficerentur
non recordati sunt, illud Miraculum factum esse
contestandum, Christum esse Filium DEI; sed con-
eorum erat obcæcatum; quando autem tempestati
jactati, & liberati sunt, tunc venerunt, & adorave-
runt eum, dicentes: *Verè Filius DEI es.* Ideo recte di-
xit Ecclesiasticus c. 34. v. 11. *Qui tentatus non est, qua-
lia scit?* Et Isaias. c. 28. v. 19. *Tantummodo sola veritas
intellectum dabit auditui.*

PUNCT. II. Considera, modum, quo felicem
optatum actionum nostrarum successum consequi-
mur, & facili labore præstemus id, quod aliàs magno
& longo labore non assequeremur, esse, Christum Se-
civum & Adjutorem nobis adjungere, & in illius Ob-
sequium omnia facere. Id iterum experti sunt Apo-
stoli: qui cùm essent, teste Marco c. 6. v. 48. *Labo-
rantes in remigando, usque ad quartam vigiliam noctis, plus
itineris non confecerunt, quàm, ut S. Joannes testatur
c. 6. v. 19. Stadia viginti quinque, aut triginta.* Deinde
verò eodem teste v. 21. *Voluerunt eum accipere in navem
(atque etiam receperunt) Et statim navis fuit ad terram,
in quam ibant.*

PUNCT. III. *Et cùm transfretassent, venerunt in
terram Genesar. Et cùm cognovissent eum viri loci illius, mi-
serunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes
malè habentes: & rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti
eius tangerent. Et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt.*
Matth. 14. v. 34. *Stude & tu malè habentes, nempe
peccatores, vel ignorantia rerum sibi utilium labo-
rantes*

rantes, ad Christum, atque ejus Amorem & Cognitionem adducere. Vestimentum Christi est Justitia Christi; hac enim Sacerdotes debent indui juxta regium Psalmen: *Sacerdotes tui induantur Justitiam* Pl. 131. v. 9. Attingere autem vestimentum, est Imitatione ita accedere vicinum, ut etiam ad eum pertingat, præsertim ad Humilitatem illius, quæ est fimbria vestimenti, & ad Charitatem, quam etiam Psalmista per fimbrias aureas intelligit Pl. 44. v. 14. de interiori Animæ ornatu loquens: *Omnis gloria ejus Filia Regis ab intus, in Fimbrijs aureis, circumamicta Varietatibus.* Denique considera, si Christi vestimentum attingere causa Salutis est, quantò magis Christum ipsum induere?

MEDITATIO CCXCIX.

Christus manifestat Mysterium Eucharistia. Joan. 6.

PUNCTUM I. Postquam Christus imminente die Paschatis, ut patet ex S. Joanne c. 6. v. 4. quinque mille viros quinque panibus & duobus piscibus abundanter refecerat, & eadem nocte mare siccis pedibus transierat, usque dum naviculam, in medio mari jactatam, conscenderet: altera die, ut notavit S. Joannes v. 22. Judæi, cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: *Rabbi, quando huc venisti?* Respondit eis *JESUS,* & dixit: *Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis Signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Joan. 6. v. 25. Considera, Christum interrogatum de modo & tempore, quo per interpo-

fitum mare Capharnaum rediisset, ubi tunc docebat in Synagoga, teste Joanne v. 60. sermonem à proposito quæstione divertisse; ne, si directè ad quæstionem responderet, seipsum laudare cogeretur manifestatione miraculosi transitus. Sic non tantum occasionem nos ipsos laudandi captare non debemus, sed neque oblatâ uti: potius præclare gesta silentio tegenda sunt; quorum manifestatio plus contemptus obproditum defectum Prudentiæ, ac Humilitatis, quam honoris & æstimationis parit, præter plura alia Spiritualia damna, consideratu digna.

PUNCT. II. Considera, an non, quemadmodum Judæi non propter Signa & Miracula quæsierunt Christum (pauci enim crediderunt in illum, ut Filium DEI, dicentes: *Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Joan. 6. v. 14.) sed quia sperabant, optabant iterationem Miraculi de panibus; etiam à simili ratione Christum quæras, non Amore ipsius sed ex desiderio favorum & beneficiorum temporalium, ac transeuntis prosperitatis; & ideo quæras in prosperis, in adversis deseras? Examina ergo Intentionem tuam, quàm Sancta, sincera, & pura sit.

PUNCT. III. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in Vitam aeternam.* Joan. v. 27. scilicet per Opera nostra bonam temporalem nihil quæramus, sed vitam aeternam; non laudem, non gratitudinem, non favorem hominum, non delectationem; sed Gratiam, & augmentum illius, & vel maximè ipsum Beneficium DEI, cujus Intentionem reliqua bona omnia sequuntur. Nota ergo hunc ultimum finem esse quærendum cum exclusionem prioris; sic enim utrumque, aliàs neutrum assequemur. Sicut autem

autem panis terrenus conservat vitam terrenam, sic ab eo, & ab ejus prodigiola multiplicatione, in memoriam revocatâ, atque ad faciendam Fidem mox dicendorum adductâ, Christus transferre nititur Judæorum mentem ad Panem, qui de Cælo descendit, & qui confert Vitam Cælestem, scilicet, ut per Opera bona se disponant, ac præparent ad dignè sumendum Christum sub speciebus Panis in Eucharistia. Hic ergo sit finis etiam nostrorum bonorum Operum, ut nimirum ad Panem Eucharisticum dignè, & fructuosè sumendum per illa quotidie disponamur, & sic operemur Cibum, qui permanet in Vitam æternam, sive qui manet in suo effectu, nempe in Vita æterna, per Gratiâ Sacramentalem nobis aliquando conferendâ.

MEDITATIO CCC.

Continuatio de eodem Mystério.

PUNCTUM I. Cùm inter Opera bona ad dignè & fructuosè Christum in Eucharistia sumendum ille ipse requisivisset Fidem, & quærentibus: *Quid faciemus, ut operemur Opera DEI, respondisset: Hoc est Opus DEI, ut credatis in eum, quem misit ille.* Ipsi non contenti unica panis multiplicatione, & communis panis miraculosa in vulgus divisione, majusque Miraculum de Cælo expetentes, dixerunt: *Quod ergo facis Signum, ut videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducaverunt Manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de Cælo dedit eis manducare. Dixit ergo eis JESUS: Amen, amen dico vobis: non Moyses dedit vobis pa-*

nem de Cælo: sed Pater meus dat vobis Panem de Cælo
rum. Panis enim DEI est, qui de Cælo descendit, & dat
Vitam mundo &c. Ego sum Panis Vitæ. Joan. 6. v. 23.
Considera ergo, quantò hic Panis sit præstantior
Mannâ Mosaico: hoc enim precibus Mosis in aëre for-
matum est, & Patres, qui manducaverunt Manna
mortui sunt. At Panis iste, de quo Christus locutus
est, à Patre Cælesti ab æterno est genitus, descendit
de Cælo, uniendo sibi Humanitatem in terra, & Filius
de viva manducatus solus sufficit, ad dandam vitam
æternam cuiusvis homini in toto mundo. Quanta er-
go æstimatione, Fide, desiderio, ac fame, quo devo-
tionis gustu, præparatione, gratiarum actione, hic
Cælestis ac Vivificus Panis manducandus est? Et quo
modo tu illum manducas?

PUNCT. II. *Qui venit ad me, non esuriet, & qui
edit in me, non sitiet unquam.* Joan. v. 35. Tanta est
hujus Panis, Fide Viva, & per Charitatem formati
manducati, ut extinguat omnem famem, ac sitim
terius cibi, & potûs, id est, omne desiderium alterius
rei, quæ non est DEVS, vel quæ non ordinatur ad
DEVM. Fac, ut hunc fructum etiam in te experia-
ris, ita omnem appetitûs Satietaem ex pia & fre-
quenti Manducatione hujus Panis percipiendo, ut
cunctarum aliarum rerum gustum & famem extin-
guas.

PUNCT. III. *Caro mea verè est Cibus, & Sanguis
meus verè est Potus. Qui manducat meam Carnem, & be-
bit meum Sanguinem, in me manet, & Ego in illo.* v. 56. Per-
pende igitur, quos effectus Cibi & Potûs verè contem-
neat, ac Animæ præstet Caro & Sanguis Christi. Un-
de tuâ culpâ, & internâ stomachi infirmitate accidit

stam sapidus, & Animæ acceptus Cibus, ac Potus in te non permaneat; vel effectus Cibi & Potus saluberrimi in mente & Anima tua non producat: quia scilicet non sumpisti vel cum debita dispositione; vel non continuisti te ab alijs rebus noxijs, parientibus nauseam hujus suavissimi Cibi, & impredientibus ejus salubritatem, ac fructum. Modus autem & ratio debite dispositionis, præcipuè est firma & Viva Fides; cujus defectu Judæi existimantes, sibi à Christo incredibilia & absona dici, reclamârunt: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* v. 61. *Ex hoc multi Discipulorum ejus abiêrunt retrò: & iam non cum illo ambulabant.* v. 67. adeoque deserebant Fidem in Christum, tanquam in Filium DEI. Tu autem ad Christum, sub speciebus Eucharisticis, læitantem, cum Petro dic: *Domine, ad quem ibimus? Verba Vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognovimus, quia tu es Christus Filius DEI.* v. 69. Unde quemadmodum credimus, Christum propria Virtute Cælum conscendisse, quod omnibus hominibus erat occlusum; sic credimus, Omnipotentiam suam posse etiam sub species Eucharisticas descendere, & suæ Divinitatis Spiritu carni, secundum se inutili, virtutem Animas vivificandi tribuere. Ideo Christus dixit v. 64. *Spiritus est, qui vivificat: caro non prodest quidquam, scilicet se solâ; prodest tamen ut unita Personalitati Divinæ, & prout substât Verbis Christi, de quibus ipse dixit v. 64. Verba, quæ Ego locutus sum vobis, Spiritus & Vita sunt: id est, Carni tribuunt virtutem Spiritualem, ut unita Divinitati per Verba Consecrationis existat sub speciebus Eucharisticis, verè quidem & realiter, instar tamen Spiritus Animam vivificantis.*